
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

STUDIA ANTIPHONTEA.


STUDIA ANTIPHONTEA.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN,
LIT. HUM. DR.



LUGDUNI BATAVORUM,
DE BREUK & SMITS.
1882.


OCT 1 190?
LIBRARY.

Egregia quam nuper Jernstedtius curavit Antiphontis editio et alibi et in nostra patria Philologorum studia excitavit. Equidem qui jam multo antea strenuam huic oratori operam navassem, et ad permultos ejus locos aliquid annotassem, primum mea emendandi conamina ad codicum lectiones, quas nobis accuratissime recens editor exhibuit, exegi. Inspectis deinde Cobeti Herwerdenique emendationibus, quum viderem saepius meas suspiciones summorum illorum virorum auctoritate confirmari, denuo meam farraginem perlustravi: sperabam enim, nec sine causa sperabam, colligi ex ea posse aliquod opusculum criticum, Antiphonti non inutile, nec quod in lucem ederetur prorsus indignum. Nactus autem occasionem Programmati Gymnasii nostri aliquod specimen meorum studiorum addendi, lubenter ea usus sum. Non enim alio modo melius mihi videbar Studia Antiphontea mea collegarum aliorumque nostrae artis fautorum judicio permittere posse.

Erunt autem observationes meae varii argumenti: modo enim novam conjecturam proponam, modo conjecturam jam ab alio factam, vel novo argumento stabiliam, vel recipiendam non esse demonstrare conabor; nonnumquam aliquid observabo quod ad sermonem et dicendi genus Antiphonteum pertineat; saepius etiam locum obscuriorem, quem neque emendare, neque illustrare possim tantummodo indicabo:

namque est noster orator prae ceteris ad bene intelligendum difficillimus: vix unum reperias alium scriptorem pedestrem, in quo legendo tam saepe haereas. Quod partim factum est textus conditione, nam codices quos habemus, quamvis alius alii praestet, tamen omnes sunt recentiores et omni genere vitiorum inquinati; partim ipsi scriptori est inputandum. Antiphon enim vere dici potest sermonis Attici pedestris pater: habent ergo ejus orationes rude aliquid et incultum priscae Antiquitatis *): non solum saepe vocabulis et locutionibus utitur insolentioribus, sed praesertim argumentorum nexus interdum est subobscurus. Non ergo vereor ne quis ubique a me certas exigat emendationes: si observationes meae id effecerint, ut locorum, in quibus ego haesi, alii aliquando, a me de difficultate admoniti, vel veras correctiones, vel explicationes haud dubias afferant, si idoneis judicibus videbor καίπερ οὐ λαβὼν τὴν ἀλήθειαν tamen strenue et diligenter διῶξαι εἰ καταλάβοιμι, non prorsus operam me perdidisse laetus agnoscam.

I.

Initium faciam ab oratione *de caede Herodis*, quoniam ea jure inter Antiphonteas semper maxime est laudata, et primum nonnulla de historia hujusce causae annotabo.

Jam observavit Maetznerus hypotheseos sciptorem falso et imperite scripsisse Μυτιληναῖος ἀνὴρ ἐξ Ἀθηνῶν. Reus enim et accusatores Mytilenaei sunt et Mytilenae habitant †), sed causa agitur Athenis; contra Mytilenae omnia gesta sunt, quae ipsum judicium praecedunt: ibi quaestiones habitae sunt de testibus, ibi conquisita sunt indicia et signa §).

---

*) Cum Thucydide jure eum multi comparaverunt, vid. Maetznerus praef. p. 8.

†) Ergo eas χορηγίας, quas § 77 reus dicit patrem suum χορηγῆσαι, urbi Mytilenae praestitit.

§) Eo referenda est quaestio de homine libero habita, ut recte observat Herwerdenus. Totam rem jamdudum confecerunt Meierus et Schoemannus, quorum

§ 25 *ἐγὼ ἔτι ἐπεδήμουν* i. e.: nondum ex insula Lesbo Aenum profectus eram.

ib. „Quum etiamtum Methymnae essem, nemo me in suspicionem vocabat *ἤδη πεπυσμένων τούτων τὴν ἀγγελίαν*" i. e.: quum fama caedis jam Mytilenen pervenisset.

Narratur § 29 *τὸ πλοῖον τὸ ἀστέγαστον* Methymna Mytilenen revertisse, et ex § sq. apparet simul cum ea navi, aut paulo post *utrumque τὸν βασανισθέντα* adfuisse. Neutrum autem cum reo Aenum navigasse, si id etiam cognoscere opus est, e §§ 52—56 cognoscimus. Deinde § 42 legimus: *ὁ ἕτερος* (liber homo est, de quo loquitur) *ὁ ἐν τῷ αὐτῷ πλοίῳ πλέων καὶ παρὼν διὰ τέλους καὶ συνὼν μοι*, in quibus *διὰ τέλους* significat: usque ad id tempus quo ego Aenum vela dedi; alter ergo (servus) non semper cum reo fuit. Id ego ita explico ut *ὁ ἐλεύθερος τῷ πλοίῳ τῷ ἀστεγάστῳ* domum redierit, servus autem idem sit quem § 24 legimus caedis nuntium Mytilenen missum esse *). Quam opinionem et vocabulum *μηνυτήν*, quo ibi appellatur confirmat.

Nunc totam orationem ab initio ad finem percurram.

§ 3. Legebatur *πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη τῶν οὐ δυναμένων λέγειν ἄπιστοι γενόμενοι τῷ ἀληθεύειν, αὐτῷ τούτῳ ἀπώλοντο, οὐ δυνάμενοι δηλῶσαι αὐτά, πολλοὶ δὲ τῶν (δυναμένων) λέγειν πιστοὶ γενόμενοι τῷ ψεύδεσθαι τούτῳ ἐσώθησαν διότι ἐψεύσαντο.* Ex his Jernstedtius Dobraeum secutus delevit *οὐ δυνάμενοι δηλῶσαι αὐτά* et *διότι ἐψεύσαντο*, et ex correctione codicis Crippsiani addidit *δυναμένων*. Equidem credo sciolorum studium aliquanto latius esse grassatum; absurdum enim est aliquem *ἄπιστον γενέσθαι τῷ ἀληθεύειν*, vel *τῷ ἀληθεύειν ἀπολέσθαι*,

---

haec sunt verba p. 562: „Die Bundesgenossen waren zur Zeit der Athenischen Meeresherrschaft gezwungen, ihre Rechtshändel, sowohl in Privatsachen, wenigstens wenn sie über eine gewisse Summe hinausgingen, als in öffentlichen Sachen in Athen zu führen. Nur die vorläufige Untersuchung in solchen Processen konnte in dem Staate selbst geführt werden, dem die Parteien angehörten, die Entscheiding kam dem athenischen Gerichtshofe zu, und dorthin also wurde der Beklagte vorgeladen."

*) Nihil huc facit *τὸν πρόσθε χρόνον*, nam eo tempus significari potest quod intercessit inter quaestionem habitam de libero et de servo.

neque necessario semper mentitur reus in foro versatus. Solum id demonstrare vult reus, quanto melior sit periti quam imperiti apud judices conditio. Quid si Antiphon ita scripsit: *πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη τῶν οὐ δυναμένων λέγειν ἄπιστοι γενόμενοι αὐτῷ τούτῳ ἀπώλοντο, πολλοὶ δὲ τῷ λέγειν* (vel *δύνασθαι λέγειν*) *πιστοὶ γενόμενοι τούτῳ ἐσώθησαν?* Num verba a me omissa minus magistelli annotationem redolent, quam quae Dobraeus expunxit?

ib. et sq. Notetur *ἀνάγκη οὖν* .... cui statim annectitur alia sententia ab *ἐγὼ οὖν* incipiens, et cf. § 44 *καὶ μὴν* .... *καὶ μὴν* .... Non potest aliis exemplis melius demonstrari, quae sit eloquentiae forensis infantia.

§ 4, *εἰκὸς γὰρ ἐν ἀνδράσι γε ἀγαθοῖς καὶ ἄνευ τῆς αἰτήσεως τὴν ἀκρόασιν ὑπάρχειν τοῖς φεύγουσιν, οὕπερ καὶ οἱ διώκοντες ἔτυχον ἄνευ αἰτήσεως.* Non credo Antiphontem alterum *ἄνευ αἰτήσεως* addidisse; satis enim argumenti est etiam accusatoribus idem contigisse; utrum *ἄνευ αἰτήσεως* an *μετ' αἰτήσεως* parum attinet. *)

§ 8. *ἵνα ᾖ τεκμήρια ὑμῖν καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων καὶ τῶν εἰς ἐμὲ ἡ τούτων βιαιότης καὶ παρανομία.* Reiskius post *εἰς ἐμέ* inserere vult aliquod substantivum ut *παρασκευῶν* vel *ἐπιβουλῶν.* Melius obsequemur Turicensibus *καὶ* ante *τῶν εἰς ἐμέ* delentibus, modo transponamus *ἡ τούτων εἰς ἐμὲ βιαιότης καὶ παρανομία.*

§ 9. *ὃ οὐδεὶς πώποτε ἔπαθε τῶν ἐν τῇ γῇ ταύτῃ.* Rectissime Jernstedtius in observationibus *τῶν* delevit. Quod enim nunc legitur significat, neminem Atheniensium tale aliquid esse perpessum, sed reo dicendum est neminem id esse perpessum neque Atheniensium neque sociorum in judicio quod Athenis exerceretur. Omnino Jernstedtius in suis conjecturis vel in

---

*) Omnino videtur Antiphon lectorem aliquem nactus esse, cui e vicinia vocabula prorsus inutilia, etiam contra sensum, inserere luberet. Ita § 16 molesta sunt *μηδὲ* (post *ἐνθάδε*) et *ἅπαξ* (ante *ἀποφυγόντι*); § 17 *πώποτε* (ante *ἠθέλησε*); § 30 *ἐβασάνισαν* (post *πολλαῖς*); § 48 *ἀδίκως*, quae omnia Cobetus eliminavit, nec quisquam opinor repugnabit. Ejusdum farinae mihi istud repetitum *ἄνευ αἰτήσεως* videtur.

textum recipiendis, vel saltem ad calcem paginae memorandis nimis verecundus fuit.

§ 10. *φασὶ δὲ αὐτὸ τἀποκτείνειν μέγα κακοῦργημα εἶναι, κἀγὼ ὁμολογῶ μέγιστόν γε, καὶ τὸ ἱεροσυλεῖν καὶ τὸ προδιδόναι τὴν πόλιν.* Jernstedtius in annotatione critica post *ὁμολογῶ* inserit *καίτοι.* Aliquanto melius in observationibus conjicit: *κἀγὼ ὁμολογῶ· μέγιστόν δέ γε καὶ τὸ κτέ*, apposite conferens hunc locum ex Andocide de myst. § 98: *οὗτοι μὲν ἔφυγον δι' ἐμέ, ὁμολογῶ· ἐσώθη δέ γε ὁ πατὴρ κτέ.* Possit et sic *κἀγὼ ὁμολογῶ μέγιστον μετά γε τὸ ἱεροσυλεῖν κτέ.* cll. Dem. in Aristoc. p. 68 extr.: *ἐάν τις ἀποτείνῃ, ἐάν τις ἱεροσυλήσῃ, ἐάν τις προδῷ.*

§ 11 extr. *ἐν ᾧ οὔτ' ἂν κακὰ πολλὰ εἰργασμένος ἡλισκόμην ἄλλῳ ἢ αὐτῷ τῷ πράγματι, οὔτ' ἂν πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμένος τούτοις ἂν ἐσῳζόμην.* Pueriliter his in codicibus addita sunt verba *τοῖς ἀγαθοῖς*, quae totam vim periodi pessumdant. cf. quae ad § 4 annotavi.

§ 16. *ἔπειτα δὲ οὐχ ὡς πιστεύων τῷ πράγματι ἕνα τὸν ἀγῶνα περὶ τοῦ πράγματος ἐποιήσω.* Reiskius *περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος;* mihi quamvis soleat Antiphon idem vocabulum iterare, tamen vix ferendum videtur *τῷ πράγματι . . . . τοῦ πράγματος.* Deinde sic pergit:

ἀλλ' ἀμφισβήτησιν καὶ λόγον ὑπελίπου ὡς καὶ τοῖς τότε δικασταῖς ἀπιστήσων. Sauppius *κἂν τοῖς τότε δικασταῖς ἀμφισβητήσων.* Infeliciter ut opinor; nam absurdum videtur *ἀμφισβήτησιν ὑπελίπου—ὡς ἀμφισβητήσων;* et quod in his est molestissimum Sauppius intactum reliquit: *τοῖς τότε δικασταῖς*, quae verba eo loco ubi nunc leguntur intelligi non possunt. Non quod, qui totam orationem perlegerit, nesciat qui sint *οἱ τότε δικασταί;* colligere enim hoc possumus ex § 90: *πῶς οὖν ἂν ὀρθῶς δικάσαιτε περὶ αὐτῶν; εἰ τούτους τε ἐάσετε τὸν νομιζόμενον ὅρκον διομοσαμένους κατηγορῆσαι, κἀμὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀπολογήσασθαι. πῶς δὲ ἐάσετε; ἐὰν νυνὶ ἀποψηφίσησθέ μου. διαφεύγω γὰρ οὐδ' οὕτω τὰς ὑμετέρας γνώμας, ἀλλ' ὑμεῖς ἐστὲ οἱ κἀκεῖ περὶ ἐμοῦ διαψηφιζόμενοι. καὶ ἀποψηφισαμένοις μὲν ὑμῖν ἐμοῦ νῦν ἔξεσται τότε χρῆσθαι ὅτι ἂν βούλησθε, ἀπολέσασι δὲ οὐδὲ βουλεύσασθαι ἔτι περὶ ἐμοῦ ἐγχωρεῖ.* Sed ut modo

obversabam, quo nunc loco leguntur verba *τοῖς τότε δικασταῖς ἀπιστήσων*, obscura et minime accurate dicta sunt. Nam nondum de duplici genere judicum quidquam dictum est, et quod accusator *ἀμφισβήτησιν ὑπελίπετο*, eo demonstravit se *et* judicibus in *κακουργίας* judicio, *et* iis qui de caede judicaturi essent diffidere. His de causis credo verba *ὡς καὶ τοῖς τότε δικασταῖς ἀπιστήσων* ab Antiphonte alia sede esse posita, et totum locum sic esse constituendum: *ἔπειτα δὲ οὐχ ὡς πιστεύων τῷ πράγματι ἀναμφισβητήτως ἕνα τὸν ἀγῶνα περὶ τοῦ πράγματος ἐποιήσω, ἀλλ' ἀμφισβήτησιν καὶ λόγον ὑπελίπου. ὥστε μηδ' ἀποφυγόντι μοι μηδὲν πλέον εἶναι, ἀλλ' ἐξεῖναι σοι λέγειν* *) *ὅτι κακουργίας* †) *ἀπέφυγον, ἀλλ' οὐ τοῦ φόνου τὴν δίκην· ἑλὼν δ' αὖ ἀξιώσεις με ἀποκτεῖναι ὡς τοῦ φόνου τὴν δίκην ὠφληκότα, ὡς καὶ τοῖς τότε δικασταῖς ἀπιστήσων.* Nunc apertum est *τοὺς τότε δικαστὰς* esse judices in legitimo judicio de caede. Cf. de *τότε* § 94 extr.

§ 17. Verba *ἔτι δὲ μάλ' ἐδέθην* mihi nequaquam tam corrupta videntur, quam multis criticis visa sunt. Hoc certe mihi constat, libere enim dicam quid sentiam, Reiskium et Herwerdenum in iis emendandis pravam rationem esse secutos. Nam quis hoc non videt, sive cum Reiskio post *μάλα* aliquod adverbium e. c. *οἰκτρῶς*, *ἀδίκως*, *ὠμῶς* (haec enim illi placent) inseras, sive cum Herwerdeno ita suppleas *ἔτι δὲ μᾶλ[λον τοῦτ' ἀνιῶμαι ὅτι]ἐδέθην*, perire emphasin eorum, quae statim adduntur, *παρανομώτατα ἁπάντων ἀνθρώπων*? Quae tum demum suam vim habent, si simplex *ἐδέθην* praecedit. Non tamen *μάλα δεθῆναι* defendam quemadmodum Maetznerus, qui affert *μάλα βουλόμενοι*, nam *μάλα δεθῆναι* et semper et maxime nostro loco absurdum esse lubens concedo, sed hoc dico *μάλα* ad *ἐδέθην* prorsus non pertinere. *Particula enim μάλα emphaseos causa aliis particulis additur.* Notissima omnium sunt *αὐτίκα μάλα* et *αὖθις μάλα* s. *μάλ' αὖθις*, quorum

---

*) Transpositio est Cobeti Mnem. VIII. 279.

†) *κακουργίας* Cobetus pro *κακοῦργος*, quod si quis defendere velit, ei dicendum erit poëticam locutionem esse a qua Antiphon non abhorreat, et afferendum Euripideum *δέσμιος φυγών*. Bacch. 792.

absurdum esset exempla afferre. Sed illud *αὖθις μάλα* non est nisi unum exemplum e multis. Nam semper ubi saepius idem vocabulum usurpatur, vel alio modo aliqua iteratio vel enumeratio significatur, particula *μάλα* addi solet. Citabo nonnullos locos:

Herod. IV, 68 extr.: *ἢν δὲ οἱ ἐπελθόντες μάντιες ἀπολύσωσι, ἄλλοι πάρεισι μάντιες, καὶ μάλα ἄλλοι.*

ib. VIII, 66: *Μηλιέας καὶ Δωριέας καὶ Λοκροὺς καὶ Βοιωτούς, ... καὶ μάλα Καρυστίους τε καὶ 'Ανδρίους καὶ Τηνίους.*

Ita *καὶ μάλα* frequens est. cf. Ar. Nub. 1325 sq.:

Str. *ὦ μιαρὲ τύπτεις τὸν πατέρα;* Phid. *φήμ' ὦ πάτερ.*
Str. *ὁρᾶθ' ὁμολογοῦνθ' ὅτι με τύπτει;* Phid. *καὶ μάλα.*
(id est: iterum *φημί*).

Arist. Ran. 890:

ἴδιοί τινές σοι κόμμα καινόν; καὶ μάλα.
(i. e. hoc quoque sic se habet).

Contrarium est *οὐ μάλα*. Cf. Arist. Vesp. 117 sqq.:

ἀνέπειθεν αὐτὸν μὴ φορεῖν τριβώνιον
μήτ' ἐξιέναι θύραζ', ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο.
εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου κἀκάθαιρ' ὁ δ' οὐ μάλα.
(i. e. ne sic quidem morem gessit).

Aeschyl. Pers. 384:

καὶ νὺξ ἐχώρει, κοὐ μάλ' Ἑλλήνων στρατός
κρυφαῖον ἔκπλουν οὐδαμῇ καθίστατο.

Eodem modo *καὶ αὖθις μάλα*. Arist. Ran. 369:

τούτοις αὐδῶ καὖθις ἀπαυδῶ καὖθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ.

Et ubi idem vocabulum saepius recurrit:

εἶα μάλα Pax 460 sqq. et Lys. 1304.

Pax 280:

οἴμοι τάλας, οἴμοι γε κἄτ' οἴμοι μάλα.

Sed maxime in nostram causam faciunt duo loci Aristophanei. Alter est in Pace vss. 50 sqq.

ἐγὼ δὲ τὸν λόγον γε τοῖσι παιδίοις
καὶ τοῖσιν ἀνδρίοισι καὶ τοῖς ἀνδράσιν
καὶ τοῖς ὑπερτάτοισιν ἀνδράσιν φράσω
καὶ τοῖς ὑπερηνορέουσιν ἔτι τούτοις μάλα.

Alter in Ranis. 860 sqq.

ἕτοιμός εἰμ' ἔγωγε κοὐκ ἀναδύομαι
δάκνειν δάκνεσθαι πρότερος εἰ τούτῳ δοκεῖ
τἄπη τὰ μέλη τὰ νεῦρα τῆς τραγῳδίας
καὶ νὴ Δία τὸν Πηλέα γε καὶ τὸν Αἴολον
καὶ τὸν Μελέαγρον κἄτι μάλα τὸν Τήλεφον,

ubi *κἄτι μάλα* significat fere „quin etiam"; quod si *κἄτι μάλα* significare potest, quidni nostro quoque reo in enumeratione injuriarum quibus affectus est, dicere licet *ἔτι δὲ μάλ' ἐδέθην*: „quin etiam in vincula me conjecerunt"?

§ 18. *ὡσπερεὶ ἄκοντά με ἀναγκάσας*. Notabilis est usus participii apud *ὡσπερεί*.

§ 20. *ἀπολύειν* et *λύεσθαι* quid sit aliunde non est notum. Reiskius ad *ἀπολύσων* annotat „venditurus"; et in indice *λύεσθαι* vertit „emere". Sed quis sensus ita elici potest ex hac narratione:

ἐπλέομεν εἰς τὴν Αἶνον, ἐγὼ μὲν ὡς τὸν πατέρα — ἐτύγχανε γὰρ ὢν ἐκεῖ τότε — ὁ δὲ Ἡρώδης ἀνδράποδα Θρᾳξὶν ἀνθρώποις ἀπολύσων. συνέπλει δὲ τά τε ἀνδράποδα ἃ ἔδει αὐτὸν ἀπολῦσαι, καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ λυσόμενοι. Quid ergo Herodae opus erat in Thraciam iter facere? An illi Thraces numeratam pecuniam non habebant? Idem fere Reiskius rogavit.

Quod modo dicebam Antiphontem saepe parum eleganter idem vocabulum repetere, fortasse non inutile erit, si hic insigniora quaedam excempla sub unum conspectum dedero:

§ 36	*παρέχοντας*	*παρέχοντας*.
§ 40	*ἐχρῆτο*	*χρώμενος*..
§ 44	*καὶ μὴν*	*καὶ μὴν*.
§ 63	*χρεία*	*ἐχρώμην*.
§ 80	*εἰςιόντες εἰς ὑμᾶς* . .	*εἰςιόντες εἰς ὑμᾶς*.

§ 20. *σκοπεῖτε ὅτι μὴ προνοίᾳ μᾶλλον ἐγένετο ἢ τύχῃ*. Nullus locus est particulae *μή*; inepte tamen Maetznerus conjecit *οὐ*. Jernstedtius conjecit *εἰ* [*μή*], sed mallem *εἴ τι* deleto *μή*.

§ 20 sq. Notetur subjectorum varietas in *πείσας* .... *πεποιημένος*; *ποιησάμενος* .., *κατασχόντες*, et cf. § 48 *ἀποθνήσκουσι* ... *παραδιδόασι*.

ib. „Quod in aliud navigium transiimus, non dolo malo factum est, sed necessitate; *ἐν ᾧ μὲν γὰρ ἐπλέομεν ἀστέγαστον*

ἦν τὸ πλοῖον, εἰς ὃ δὲ μετέβημεν ἐστεγασμένον." Satis copiose hoc demonstratum est, neque credo Antiphontem fuisse tam puerilem, ut his adderet τοῦ δ' ὑετοῦ ἕνεκα ταῦτ' ἦν, in quibus ταῦτα nihil habet quo referatur.

§ 24. οὔτ' ἐν τῇ Μυτιλήνῃ ἐφαίνετο ζητούμενος non potest esse non corruptum. Mytilenen missus erat pedissequus, qui nuntiaret Heroden exiisse ex navi et non rediisse, non qui eum ibi quaereret.

§ 27. συγχωρῶ conjectivum esse recte admonet Reiskius.

ib. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς τοῦτο οὐκ ἐνεχώρει suspectum mihi est, nam ἐγχωρεῖ significat „fieri potest." Sed quoniam § 25 et § 55 reus loquitur de adversariorum dolis et insidiis quas συνέθεσαν et ἐμηχανήσαντο, unicum verbum, quod hic recte poni possit, est „iis non successit" i. e. οὐ προὐχώρει.

§ 30. οὗτος ἦν ὁ πεισθεὶς ὑπὸ τούτων καὶ καταψευσάμενός μου. Jam Reiskius delevit καί. Ita habebis participium eodem modo a participio pendens, quo § 82 καταφανεῖς ἐγένοντο οὐχ ὅσιοι ὄντες [καὶ] διακωλύοντες τὰ ἱερά, ubi Sauppius καί eliminavit. (cf. or. VI § 45 πρυτανεύσας = διὰ τὸ πρυτανεῦσαι). Nisi forte praestat totum πεισθεὶς ὑπὸ τούτων καὶ delere: nam testem illum ab accusatoribus inductum esse, id ipsum sequenti § demonstratur.

§ 32. εἰ γὰρ ἐγὼ μὲν ἐκέλευον αὐτὸν στρεβλοῦν ὡς οὐ τἀληθῆ λέγοντα, ἴσως ἂν ἐν αὐτῷ τούτῳ ἀπετρέπετο μηδὲν κατ' ἐμοῦ καταψεύδεσθαι. Quid est ἐν αὐτῷ τούτῳ? An forte: eo ipso temporis momento, jam ante quaestionem institutam?

ib. ἐφ' οἷς ἂν ᾖ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς βασάνου πρὸς τούτων εἰσὶν οἱ βασανιζόμενοι λέγειν ὅ,τι ἂν ἐκείνοις μέλλωσι χαριεῖσθαι. Cobetus pro εἰσὶν legit εἰώθασιν; quo recepto simul ejiciendum censeo ὅ,τι ἂν ἐκείνοις μέλλωσι χαριεῖσθαι, quae mihi videtur satis languida esse explicatio verborum πρὸς τούτων.

§ 33. ἕως μὲν οὖν μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος ἐγίγνωσκέ μου καταψευσάμενος τούτῳ διϊσχυρίζετο τῷ λόγῳ, ἐπειδὴ δὲ ἐγίγνωσκεν ἀποθανούμενος ἐνταῦθ' ἤδη τῇ ἀληθείᾳ ἐχρῆτο. Si quid unquam sensu cassum fuit, hoc est; ἐγίγνωσκε καταψευσάμενος enim nihil aliud significare potest quam: sentiebat, videbat, intelligebat se mendaciis usum esse in me. Nec quidquam proficimus

Reiskiano *καταψευσόμενος*, vel Blassiano *κατεψευσμένος;* prius enim *ἐγίγνωσκεν* corruptum est; nam quae est haec oppositio: *ἕως μὲν οὖν ἐγίγνωσκεν .... ἐπειδὴ δὲ ἐγίγνωσκεν?* Nullam tamen medicinam paratam habeo nisi hanc suspicionem: in archetypo scriptum erat in hunc modum:

ἕως μὲν οὖν μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος
κατεψεύδετό μου τούτῳ διϊσχυρίζετο τῷ λόγῳ,
ἐπειδὴ δὲ ἐγίγνωσκεν ἀποθανούμενος κτέ.

Ex eo archetypo alius describens alterum versiculum omisit et errorem suum jam scripto *ἐγίγνωσκεν* observavit, eamque vocem circumscripsit quidem, sed tamen in textu retinuit, ita ut lectio, quam nunc habemus, pro inepta correctione verborum *ἐγίγνωσκε κατεψεύδετο* sit habenda.

§ 34. *διαπειραθέντα δ'αὐτὸν τὰ ψευδῆ λέγειν, ὕστερον δὲ τἀληθῆ λέγοντα οὐδέτερα ὠφέλησεν.* Ex his nulla sana sententia elici potest; quumque *διαπειραθέντα* vix corruptum esse possit ex alio participio e. c. *ἀναγκασθέντα*, lubenter Herwerdeno assentior lacunam statuenti.

§ 35. *τεθνεὼς δὲ τὸν μὲν ἔλεγχον τῆς ἀληθείας ἀπεστέρει δι' αὐτοῦ τοῦ σώματος ἀπολλυμένου.* Haud male corrigas *ἀπολλύμενον;* etenim *ὁ ἔλεγχος διὰ τοῦ σώματος ἀπώλλυτο.*

§ 37. Recte, ut opinor, Sauppius ita transposuit *τοὺς δὲ προτέρους λόγους ὥςτε μηδέποτε εἰς τὸ ἀληθὲς καταστῆναι ἦσαν οἱ ἀφανιοῦντες.*

§ 38. *καὶ εἰ μὲν ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἠφάνισα ἢ μὴ ἤθελον ἐκδοῦναι τούτοις ἢ ἄλλον τινὰ ἔφευγον ἔλεγχον. αὐτοῖς ἂν τούτοις ἰσχυροτάτοις εἰς τὰ πράγματα ἐχρῶντο, καὶ ἦν ταῦτα αὐτοῖς μέγιστα τεκμήρια κατ' ἐμοῦ.* Idem argumentum habes or. I. § 11.

§ 43. *μάρτυρας καὶ συμβούλους ἐποιούμην.* Num recte *συμβούλους?* Praecedit enim *ἤδη πεπραγμένου μοι τοῦ ἔργου.*

§ 45. *τά τ' ἐν τῇ γῇ ὄντα ἀναξῦσαι καὶ τὰ ἐν τῷ πλοίῳ ἀποσπογγίσαι.* Participum *ὄντα* injuria alicujus substantivi sedem occupare videtur. Reiskius conjecit *ἴχνη.*

§ 47. *ὃ οὐδὲ πόλει ἔξεστι, ἄνευ Ἀθηναίων οὐδένα θανάτῳ ζημιῶσαι.* Sc. civitati sociorum. Quare sociis non liceret de aliquo civium suorum supplicium capitale sumere, vide apud Max. Fraenkelium die Attischen Geschworenengerichte p. 48.

§ 48. *ἀλλὰ παραδιδόασιν αὐτοὺς τῇ ἀρχῇ κατὰ νόμους ὑμετέρους πατρίους.* Jure Reiskius aliquod verbum quale est *κολασθῆναι* (rectius tamen activum *κολάζειν*) desiderat. Nam quod eos *παραδιδόασι τῇ ἀρχῇ* *), id ex foederis cum Atheniensibus lege faciunt.

Non male idem in sequentibus *καὶ* transponi jussit, ut fieret: *καὶ μαρτυρεῖν ἔξεστι δούλῳ κατὰ τοῦ ἐλευθέρου, καὶ τὸν φόνον τῷ δεσπότῃ ἂν δοκῇ ἐπεξελθεῖν ὑπὲρ τοῦ δούλου.* Quamquam equidem malim *τὸν φόνον* abesse, non enim solum caedem, sed quamcunque injuriam servo illatam domino persequi licet.

§ 51. *ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ τῶν λόγων τῶν τοῦ ἀνθρώπου μερὶς ἑκατέροις ἂν εἴη, τούτοις μὲν τὸ φάσκειν, ἐμοὶ δὲ τὸ μὴ φάσκειν, ἔκ τε ἀμφοῖν τοῖν ἀνδροῖν τοῖν βασανισθέντοιν· ὁ μὲν γὰρ ἔφησε, ὁ δὲ διὰ τέλους ἔξαρνος ἦν.* Nescio quo consilio Blassius vestigia adjectivi *ἴσος*, quae in codicibus reperiuntur, conjectura sua *ἑκατέροις ἂν εἴη* deleverit; nam eo adjectivo vel saltem ea notione prorsus carere non possumus. Opponuntur enim inter se quae unus ille servus dixit, et quae ambo testes dixerunt, et primum demonstratur, si tantummodo servi testimonii rationem habeas, ejus alteram partem pro reo, alteram pro accusatore esse; hoc habebis si ex correctione 2 codicis Crippsiani legas *ἑκατέρῳ ἴση ἐστί* (codex Oxoniensis *ἴσον εἰ*).

Quae sequuntur non possunt esse non mutilata. Opponi enim nunc debet argumentum ex amborum testimoniis sumptum, quod non potest aliud esse quam hoc: si amborum testimonia consideres majorem partem pro reo esse. Et ipsa quoque verba, quae nunc leguntur, satis demonstrant excidisse aliquid; nam *ἔκ τε ἀμφοῖν τοῖν βασανισθέντοιν* nunc omni sensu caret, et *ἔφησε* et *διὰ τέλους ἔξαρνος ἦν* nec recte inter se opponuntur, nec quid factum sit accurate significant. Omnia haec correcta erunt, si cum Reiskio ita suppleveris:

ἔκ τε ἀμφοῖν τοῖν ἀνδροῖν τοῖν βασανισθέντοιν ἐμοὶ μερὶς κ ρ ε ί σ σ ω ν, ὁ μὲν γὰρ τ ό τ ε μ ὲ ν ἔφησε, τ ό τ ε δ' ο ὐ κ ἔ φ η σ ε ν, ὁ δὲ διὰ τέλους ἔξαρνος ἦν. †)

*) Recte hoc explicare videtur Boeckh Oec. p. 523 (2a edit).

†) Reiskium supplendo *τότε μὲν ἔφησε τότε δ' οὐκ ἔφησε* ipsa Antiphontis verba restituisse pro certo affirmaverim; vix enim ullo alio modo hoc dici potest. In

Neque nunc opus erit conjectura, quam in observationibus Jernstedtius proposuit: *καὶ μὲν δὴ τ α ῦ τ α ἐξ ἴσου γενόμενα πρὸς τοῦ φεύγοντός ἐστι μᾶλλον ἢ τοῦ διώκοντος* pro *τὰ ἐξ ἴσου*; significat enim hoc: atqui *τὰ ἐξ ἴσου γενόμενα* reum absolvunt. „Quanto magis" (ita quisque cogitando supplebit) „testimonium, cujus duae partes pro reo sint, una pars pro accusatore."

Omnino, quae de duobus illis testibus narrantur, confusa sunt, non oratoris culpa, sed librariorum et multo magis etiam semidoctorum grammaticorum, qui additamentis et correctionibus suis ultro significarunt, quam nihil eorum intelligerent, quae interpretabantur. Optime hoc sensit Herwerdenus, qui summo jure § 42 *τοῖς ὑστάτοις λόγοις* legi jussit pro *τοῖς ὕστερον λόγοις*, deinde § 55 ejecit vocabula *ὁ πρότερος βασανισθεὶς* et *ὕστερος*. Egregiam viri sagacissimi disputationem vide apud ipsum Mnem. IX 206 sq. Deinde et hanc emendationem ego propono ut, ubicunque servus vocatur *ὁ ἀνήρ*, vel liber *ὁ ἄνθρωπος*, id vocabulum expungamus. Nam quod ambo promiscue appellantur *τὼ ἀνθρώπω*, in eo minus offendo. Ita § 40 delendum erit *ὁ ἀνήρ*, § 42 *ὁ ἕτερος [ἄνθρωπος]*, § 47 *τὸν ἄνδρα*, quod sequenti *τὸν μηνυτὴν* magis etiam fit supervacuum, ib. *τοῦ ἀνδρός*, § 56 *τὸν ἄνδρα*, et praeterea paucis aliis locis alterutrum. „Vehementem medicinam" inquies. Equidem facilius mihi persuadeo olim fuisse stultos et male sedulos lectores, quam unquam ullum exstitisse oratorem tam ineptum, qui id narraret, quod nemo intelligere posset.

§ 53. *ἃ γὰρ μὴ οἷόν τε εἰδέναι τὸν φέροντα, ταῦτ' ἄν τις μάλιστα συγγράψας πέμψειε.* Rectene Reiskius *οἷόν τε* explicat „er darf es nicht wissen"? Certe is sensus hic requiritur, sed tamen ejus usus exemplum nunc non reperio.

§ 54. *ὅ, τι μὲν μακρὸν εἴη πρᾶγμα τοῦτο μὲν ἄν τις ἀναγκασθείη γράψαι τοῦ μὴ διαμνημονεύειν τὸν ἀπαγγέλλοντα.* Quidni *ἀναγκασθείη .... τῷ μὴ διαμνημονεύειν*? Nam genitivus consilii Thucydideus huc afferri non potest.

μερὶς ἴση et *μερὶς κρείσσων*, quamquam de sententia constat, dubitare licet. fieri enim potest ut Antipho scripserit *μία μερίς* et *δύο μερίδες*. De significatione verbi *μερίς* cf. Dem. Mid. 537 et 574.

§ 56. *ἀπὸ πρώτης*. Quid sibi hic velit Thuc. I, 17, a Maetznero allatus, ubi est *ἀπὸ τοῦ ἴσου* et *ἀπὸ τοῦ κρείσσονος* non perspicio.

§ 57. *καὶ τίς πώποτε χαριζόμενος ἑτέρῳ τοῦτο εἰργάσατο.* Ut bene sentias acerbitatem particulae *καὶ* cf. Ar. Acharn. 86:

καὶ τίς εἶδε πώποτε βοῦς κριβανίτας; τῶν ἀλαζονευμάτων.

§ 58. *ἀλλ' οὐδέν μοι τοιοῦτο ὑπῆρκτο εἰς αὐτόν.* Notetur passivum verbi *ὑπάρχειν*, cujus praeter participium *ὑπηργμένος* non facile aliud exemplum reperias, et vide quae ad § 60 annotabo.

§ 59. *ἀλλὰ χρήματα ἔμελλον λήψεσθαι ἀποκτείνας αὐτόν; ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτῷ. ἀλλὰ σοὶ μᾶλλον ἐγὼ τὴν πρόφασιν ταύτην ἔχοιμ' ἂν εἰκότως μετὰ τῆς ἀληθείας ἀναθεῖναι, ὅτι χρημάτων ἕνεκα ζητεῖς ἐμὲ ἀποκτεῖναι, μᾶλλον ἢ σὺ ἐμοὶ ἐκεῖνον.* Si quid video acerbitas responsi, quo suspitio in adversarii caput rejicitur, si non tollitur, tamen magnopere infirmatur interjecto exili additamento *ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτῷ*. Minus etiam ferendum est simile additamentum § 63, ubi mea sententia sic est legendum: (Praecedit hoc: quamodo quis suspicari possit, me caedem perpetrasse in Lycini gratiam?) *πότερον ὡς ἐγὼ μὲν ἢ τῷ σώματι ἐπιτήδειος διακινδυνεύειν, ἐκεῖνος δὲ χρήμασι τὸν ἐμὸν κίνδυνον ἐκπρίασθαι; ἀλλ' αὐτὸ τοὐναντίον ἐκεῖνος τοῦτο θᾶσσον ἂν ὑπ' ἐμοῦ ἐπείσθη κατά γε τὸ εἰκὸς ἢ ἐγὼ ὑπὸ τούτου*, deinde affertur argumentum, quo demonstratur, in quanta inopia vixerit Lycinus.

Non vereor ne quis, loco ita lecto, post interrogationis signum inepta haec verba inseri patiatur: *οὐ δῆτα, τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἦν χρήματα ἐμοὶ δ' ἦν;* quorum verborum molestiam sensit Reiskius, qui ea ergo posuit post *ἐγὼ ὑπὸ τούτου*, sed ne ibi quidem propter sequentia ferri possunt.

§ 60. Pro *ταῦτα μὲν ὑμῖν λέγω, ὡς αὐτῷ μοι πρόφασιν οὐδεμίαν ἔχει ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα* editor, violentiore medela opus esse affirmans, legit *πρόφασις οὐδεμία ὑπῆρχεν*, apte ex vicinia conferens: *ἔχθρα ὑπάρχει, κίνδυνος ὑπάρχει, ταὐτὰ ὑπῆρχεν αὐτῷ εἰς ἐκεῖνον ἅπερ ἐμοί.*

ib. *δεῖ δέ με καὶ ὑπὲρ Λυκίνου ἀπολογήσασθαι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ μόνον, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνον εἰκότως αἰτιῶνται.* De-

lenda videntur verba *ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ μόνον*, quae minime necessaria sunt, et disjungunt quae non sunt disjungenda.

§ 61. *ἐν ἀγῶνι καὶ κινδύνῳ μεγάλῳ καταστήσαντι.* De hac structura vid. Cobetum Mnem. VIII, 264, et cf. or. I § 1 *ἐν διαφορᾷ καταστῆναι.*

§ 62 *ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα μὲν ἀφῆκεν αὐτήν· οὐ γὰρ ἔδει κινδυνεύειν αὐτὸν περί τε αὐτοῦ καὶ περὶ ἐμοῦ· ἐνταῦθα δὲ ἐπεβούλευεν, ἐν ᾧ γνωσθεὶς ἂν ἀπεστέρει μὲν ἐμὲ τῆς πατρίδος, ἀπεστέρει δὲ ἑαυτὸν ἱερῶν καὶ ὁσίων καὶ τῶν ἄλλων ἅπερ μέγιστα καὶ περὶ πλείστου ἐστὶν ἀνθρώποις.* Reiskius pro *οὐ γὰρ ἔδει* habet *οὗπερ οὐκ ἔδει.* Recte, siquid video, propter oppositum *ἐνταῦθα δὲ... ἐν ᾧ*, sed unde sumserit non invenio.

§ 63 *καὶ μὲν δὴ τῆς χρείας τῆς ἐμῆς καὶ Λυκίνου τοῦτο ὑμῖν μέγιστον τεκμήριόν ἐστιν ὅτι οὐ σφόδρα ἐχρώμην ἐγὼ Λυκίνῳ φίλῳ ὡς πάντα ποιῆσαι ἂν τἀκείνῳ δοκοῦντα.* In his displicet inepta locutio *τῆς χρείας τεκμήριον .... ὅτι οὐ σφόδρα ἐχρώμην*, nec mihi persuadere possum verba *τῆς χρείας τῆς ἐμῆς καὶ Λυκίνου* ab Antiphontis manu esse; si enim ea addidisset non iterum Lycini nomen posuisset, sed pro *Λυκίνῳ* usus esset pronomine *αὐτῷ*.

§ 64. „Adversarii mei urguent hoc quod Herodes nusquam comparuit; et vos quoque fortasse judices de eo aliquid audire cupitis. *εἰ μὲν οὖν τοῦτο εἰκάζειν με δεῖ ἐξ ἴσου τοῦτό ἐστι καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοί.*" Quid hoc est? Si *me* de ea re conjecturam facere oportet, mea causa eadem est quae vessra? Quantocius expelle *με*; mox enim opponitur: *εἰ δὲ δεῖ τοῖς ἀληθέσι χρῆσθαι.*

§ 65 *τοσοῦτον τὸ μακρότατον τῆς ἀποκρίσεώς ἐστιν.* Mira locutio.

ib. *τῷ δὲ ποιήσαντι ῥᾳδία ἐστὶν ἡ ἀπόδειξις, καὶ μὴ ἀποδείξαντι εὖ εἰκάσαι.* Reiskius in sententia verborum *καὶ μὴ ἀποδείξαντι εὖ εἰκάσαι* haerebat, neque ego locum intelligo aut emendare valeo.

ib. *οἶμαι δ' ἂν καὶ ὑμῶν ἕκαστον, εἴ τίς τι ἔροιτο ὅ,τι μὴ τύχοι εἰδώς, τοσοῦτον ἂν εἰπεῖν ὅτι οὐκ οἶδεν, εἰ δέ τις περαιτέρω τι κελεύοι λέγειν, ἐν πολλῇ ἂν ἔχεσθαι [ὑμᾶς] ἀπορίᾳ [δοκῶ].* Quis non sentit vocabula a me circumscripta molesta esse?

§ 66. *ἐμαυτὸν ἀναίτιον ἀποδεῖξαι* sine *ὄντα*, cf. § 19 *ἐμαυτὸν ἀναίτιον ἐπιδεῖξαι.*

§ 67. *ἤδη δὲ ἔγωγε καὶ πρότερον ἀκοῇ ἐπίσταμαι γεγονός, τοῦτο μὲν τοὺς ἀποθανόντας, τοῦτο δὲ τοὺς ἀποκτείναντας οὐχ εὑρεθέντας.* Non credo Antiphontem illud *γεγονός* addidisse, quod inutiliter sententiae structuram turbat.

§ 68. *ἔπειτα οἵ γε Ἐφιάλτην ἀποκτείναντες οὐκ ἐζήτησαν τὸν νεκρὸν ἀφανίσαι κτέ.* Quid istud argumentum sibi velit minime intelligo.

ib. *τῆς μὲν ἐπιβουλῆς οὐδένα κοινωνὸν ποιήσασθαι τοῦ θανάτου, τῆς δὲ ἀναιρέσως.* Vel aures admonent, cum Reiskio *τοῦ θανάτου* esse delendum.

§ 69. *καὶ εἰ μὴ φοβηθείς, ὡς ἀνεβόησε, ἐγκαταλιπὼν τὴν μάχαιραν ἐν τῇ σφαγῇ ᾤχετο φεύγων ἀλλ' ἐτόλμησε μεῖναι, ἀπώλοντ' ἂν οἱ ἔνδον ἅπαντες.* Verba *ὡς ἀνεβόησε* neque explicare neque emendare possum.

§ 74. *καὶ εἰ μὲν ἐγὼ τούτου ἀγωνιζομένου κατεμαρτύρουν ἃ μὴ σαφῶς ᾔδειν* (in ed. *ἤδη*) *ἀκοῇ δ' ἠπιστάμην, δεινὰ ἂν ἔφη πάσχειν ὑπ' ἐμοῦ.* Hic quoque usu venit, quod supra dixi, Jernstedtium in suis emendationibus recipiendis nimis fuisse verecundum. Scire enim pervelim, quare egregiam suam emendationem *ᾔδειν* — *ἠπίστατο* in editione spreverit. Nihil enim ea certius esse potest: accusator (vel testium aliquis) ea quoque contra reum attulerat, quae pater rei ante multos annos fecerat; eas res autem reus *οὐ σαφῶς ᾔδειν, ἀκοῇ δ' ἠπίστατο.* Praecedit ergo: „ille in me iis rebus usus est, quas non certo sciebam, sed fando audiveram"; nonne reo nunc ita pergendum est: „si ego in aliquo judicio contra meum accusatorem aliquid pro testimonio dixissem, quod ille *οὐ σαφῶς ᾔδειν ἀκοῇ δ' ἠπίστατο*"? Sed vide ipsius Jernstedtii egregiam disputationem in obss. p. 25. *)

§ 76. *οὔτε γὰρ ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν εὐπόρως* †) *εἶχεν αὐτῷ*

*) Jernstedtii observationes vereor ut in multorum manibus sint. Sunt enim repetita ex *Journal de St. Petersbourg.* Quapropter sperandum est virum clarissimum eas mox separatim editurum esse.

†) Cobetus pro *εὐρόπως*.

ἱκανὰ γὰρ ἦν τὰ ἐνέχυρα ἃ εἴχετο αὐτοῦ. Equidem libenter assentior Reiskio legendum esse *εἴχετε*; deinde quoniam neque argumentum *ἱκανὰ γὰρ κτέ* ullo vinculo cum praecedentibus cohaereat, neque priori *οὔτε* alterum *οὔτε* respondeat, aliquid excidisse quod significet „neque opus erat". Etenim quum argumenti loco ponatur *ἱκανὰ ἦν τὰ ἐνέχυρα*, *sufficiebant pignora*, quid aliud recte praecedere potest quam: *hae vel illa re opus non erat?*

In iis quae paulo supra leguntur observanda est fere inepta oppositio substantivorum *γνώμην* et *εὔνοιαν*, qualem haud facile apud recentiores oratores invenias.

Sanumne est (ead. § extr.) *τοῦτο δ' αὖ* non praecedente *τοῦτο μέν*, sed *οὔτε*, aut (probata Reiskii suspicione) *οὔτε*... *οὔτε* ? cf. § 82.

§ 78. *οὐκ ἀποστερῶν τῶν εἰς τὴν πόλιν ἑαυτὸν οὐδενός*. Apte confert Maetznerus Thuc. I, 40: *ὅστις μὴ ἄλλον ἀποστερῶν ἑαυτὸν ἀσφαλείας δεῖται*.

§ 79. *πολλὰ δ' ἐστὶ τὰ συμβαλλόμενα τοῖς βουλομένοις τῶν ἀλλοτρίων ἐφίεσθαι*. Quia sequuntur quae ad hanc tantum causam pertinent, legendum est *αὐτοῖς βουλομένοις*.

§ 81. *τὰ εἰς τοὺς κινδύνους ἥκοντα*. Non menimi me talem locutionem apud alium scriptorem offendere.

Reiskii sententia in verbis (§i in.) *χρὴ δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν θεῶν σημείοις εἰς τὰ τοιαῦτα οὐχ ἥκιστα τεκμηραμένους ψηφίζεσθαι* post *ἥκιστα* inserendum esse *πιστοῖς*, certe digna est de qua deliberetur.

§ 85. *ὅσα μὲν οὖν ἐκ τῶν κατηγορηθέντων μέμνημαι ὦ ἄνδρες ἀπολελόγημαι· οἶμαι δὲ ὑμῶν ἀποψηφίσασθαι*. Dobraeus *δέομαι* pro *οἶμαι*. Equidem credo particulam *καί*, quae in codice Crippsiano anto *ὑμῶν* legitur, argumento esse lineam excidisse, et locum cum Reiskio ita fere explendum esse: *οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοῖς πλείστοις ἱκανὰ δόξειν εἰρῆσθαι πρὸς τὸ ἐμοῦ ἀποψηφίσασθαι*, quae sententia egregie praecedentibus annectitur.

εἰ δὲ δύο ἐξ ἑνὸς ἀγῶνε γεγένησθον οὐκ ἐγὼ αἴτιος. Nondum ex uno judicio duo facta erant: id futurum demum erat reo absoluto. (cf. § 16). Quare videndum an legendum sit *γενήσεσθον*.

§ 86. *ἠξίουν μὲν γὰρ ἔγωγε περὶ τῶν τοιούτων ὦ ἄνδρες εἶναι τὴν δίκην κατὰ τοὺς νόμους, κατὰ μέντοι τὸ δίκαιον ὡς πλειστάκις ἐλέγχεσθαι.* Non dubito quin probanda sit Sauppii sententia, post *μέντοι* inserentis *τούτους;* nam *ἡ δίκη* (judicium) non *ἐλέγχεται;* sed suspectum mihi est imperfectum *ἠξίουν*.

§ 87—89. De toto hoc loco uberius sum disputaturus ad orationem sextam.

§ 91. *ἐν μὲν γὰρ ἀκεστῷ πράγματι καὶ ὀργῇ χρησαμένους καὶ διαβολῇ πιθομένους ἔλασσόν ἐστιν ἐξαμαρτεῖν.* Reiskius post *ἔλασσον* inserit *βλάβος;* certe legendum est aut *τὸ ἐξαμαρτεῖν*, aut *ἔστι* cum accentu.

ἤδη δέ τισιν ὑμῶν καὶ μετεμέλησεν ἀπολωλεκόσι· καίτοι οὔπω ὑμῖν ἐξαπατηθεῖσι μετεμέλησεν. Weidneriano supplemento (*ἀπολελυκόσιν*) *ὑμῖν οὐδ' ἐξαπατηθεῖσι μετεμέλησεν* vereor ut locus mutilus sarciatur. Molestum enim est in tali argumentatione *καίτοι* pro *ἀλλά*.

§ 92. *ἑκούσιον δὲ πῶς ἂν εἴη μᾶλλον ἢ εἴ τις ὧν βουλὴν ποιοῖτο, τοῦτο παραχρῆμα ἐξεργάζοιτο.* Quo modo sit corrigendum *ὧν βουλὴν ποιοῖτο* non video; sed quae sententia requiratur perspicuum est; adverbio enim *παραχρῆμα* opponendum est aliquid quod significet „ubi consulto et longa deliberatione opus est."

§ 94 sq. *νῦν μὲν οὖν γνωρισταὶ γίγνεσθε τῆς δίκης τότε δὲ δικασταί, νῦν μὲν δοξασταί, τοτέ δὲ κριταὶ τῶν ἀληθῶν.* Parendum est Reiskio post *δοξασταί* inseri jubenti *τῶν ἀδήλων*, nam *τὰ ἀληθῆ* non *δοξάζεται*, et *ἀδήλων* sequente *ἀληθῶν* facile excidere poterat.

§ 96. *ἐμαυτὸν ἀποστερῶν τὸ δίκαιον.* Nonne secundum § 78 legendum est *τοῦ δικαίου?*

II.

Transeo ad orationem sextam *περὶ τοῦ χορευτοῦ*, et quia credo eam rem aliquam utilitatem habere posse, hujus judicii historiam praemittam.

Philocrates, pecunia subornatus a Philino et Aristione litem de fratre suo interfecto intendit in eum virum cui haec oratio scripta est, idque eo consilio fecit Philocrates, ne ille Philinum accusare posset (§§ 21, 35 sqq.). Neque subornatus ille accusator ejusque patroni accipere volebant a reo oblatam conditionem, ut testibus et quaestione de servis se doceri paterentur, nullo dolo malo Philocratis fratrem interiisse (§ 22—§ 32). Sed cum Rex Sacrorum, cujus jam ad exitum properabat annus, Philocratis subscriptionem recepturum se negasset, cum reo in gratiam redierunt Philocrates et alii, quos Philinus subornaverat (§ 38—§ 40); ipse vero Philinus et Aristion, a nostro reo, jam nulla re impedito, accusati, poenas dederunt. Ea Philocratis cum reo nostro pax et amicitia perpetuo mansit, donec iterum subornaverunt Philocratem alii, qui a reo nostro non metuebant accusationem, sed ulcisci volebant mala sibi ab illo illata (§ 49 sq.); subornarunt autem ut de novo accusationem de fratre interfecto, a qua jam destiterat, institueret.

Nunc meas ad singulos orationis locos observationes proponam, et jam statim aliquid dicam, quod vereor ne me in suspicionem vocet levitatis et temeritatis. Libere tamen meam sententiam proloquar, sperans fore ut aut lectoribus eam probem aut ipse a prudentioribus meliora edocear. Res autem sic se habet. Accidit ut, qui in toto Antiphonte sunt nobilissimi et longissimi loci communes, de legum ob antiquitatem sanctitate, et de vi condemnationis de caede, ut hi duo loci communes in utraque oratione, et in quinta et in sexta, legantur. Contendo autem priorem tantummodo in quinta, alterum tantummodo in sexta oratione recte sedem suam obtinere. Eliminanda ergo erunt ex nostra oratione § 2 verba inde a *καὶ τοὺς μὲν νόμους* usque ad *διδάσκουσιν ἢ οὐ*, ut quae male sint translata ex or. V. § 14. In oratione enim quinta praecedit demonstratio de legibus ab adversariis violatis, optime ergo sequitur expositio de legibus antiquis et ergo sanctis et accurate religioseque observandis; sed ea legum antiquitas sanctitasque in oratione sexta neque cum praecedentibus neque cum sequentibus recte conjungi potest, neque prorsus ferri potest eo loco.

Nam verba *ὥστ' οὐ δεῖ ὑμᾶς ἐκ τῶν λόγων τοῦ κατηγοροῦντος τοὺς νόμους μαθεῖν εἰ καλῶς ἔχουσιν ἢ μή, ἀλλ' ἐκ τῶν νόμων τοὺς τούτων λόγους εἰ ὀρθῶς ὑμᾶς καὶ νομίμως διδάσκουσιν ἢ οὔ* optime quidem de quintae orationis accusatoribus dicta sunt: ii enim reum *κακουργίας* citant, sed *φόνου* poenas expetunt, ergo leges, quae sunt de *κακουργίᾳ* et de *φόνῳ* inter se permiscent et susque deque habent, sed in sextae orationis accusatores, qui nihil tale commiserunt, ea verba prorsus non conveniunt. Quae in oratione sexta dicenda erant de lege, qua judicium *φόνου* est exercendum, ea luculenter §° 3ª exponuntur, eaque, omissa paragrapho secunda, optime paragrapho primae annectuntur.

Transeo ad alterum locum communem, quem ex oratione quinta tollendum censeo, quippe qui injuria ex oratione sexta invectus sit. Ejicienda enim arbitror V § 87 *φόνου γὰρ δίκη* usque ad § 89 *τὴν ἁμαρτίαν ἀπολύσαιτο*. Optime haec dicta sunt in sexta oratione, nam qui eam habet *φόνου* reus agitur; jure ergo judices admonet de vi condemnationis in tali judicio, in quo qui semel sit damnatus nullo modo ad aliud judicium provocare possit. Sed longe aliter res se habet in quinta oratione: nam hic reus *κακουργίας* citatur; ergo judices orat, ut se hoc crimine absolvant, quo melius possit *φόνου* judicium subire; absurdum autem esset jam nunc judices admonere de vi condemnationis in *φόνου* judicio: potest hoc argumentum in aliud tempus reservare.

Jam mihi nunc aliquis, circumscriptis in utraque oratione verbis a me damnatis, accurate relegat quæ sunt in vicinia, et ita dijudicet utrum nocuerim Antiphonti an profuerim.

Addam tantummodo discrepantias nonnullas, quia ita quoque credo hic illic deprehendi posse magistrum, ex memoria inserentem, sed ita ut quaedam evanescant:

Prior locus communis
de legum antiquitate et sanctitate

or. V § 14 (ubi jure legitur)	or. VI § 2 (ubi male additur).
ἂν οἶμαι ὁμολογῆσαι	*πάντες ἂν ἐπαινέσειαν* cum inf., in qua structura et Reiskius haerebat.

ἐκδιδάσκει.	διδάσκει.
ἐκ τῶν τοῦ κατηγόρου λόγων.	ἐκ τῶν λόγων τοῦ κατηγοροῦντος.
τοὺς νόμους καταμανθάνειν.	τοὺς νόμους μαθεῖν.
ἀλλ' ἐκ τῶν νόμων τοὺς τοῦ κατηγόρου λόγους.	ἀλλ' ἐκ τῶν νόμων τοὺς τούτων λόγους.
εἰ νομίμως καὶ ὀρθῶς.	εἰ ὀρθῶς.
διδάσκει τὸ πρᾶγμα ἢ οὔ.	διδάσκουσιν ἢ οὔ.
	Praeterea, quod jam observavit Reiskius, inepta est in or. VI numerorum confusio: τοῦ κατηγοροῦντος — τούτων — διδάσκουσιν.

Alter locus communis

Or. VI § 3—§ 6 ubi jure legitur.	Or. V. § 87—§ 90 ubi male additur.
ἔστι μὲν γὰρ περὶ τοῦ τοιούτου μία δίκη. αὕτη δὲ μὴ ὀρθῶς *).	φόνου γὰρ δίκη καὶ μὴ ὀρθῶς.
καταγνωσθεῖσα.	γνωσθεῖσα.
ἰσχυροτέρα.	ἰσχυρότερον.
χρήσασθαι τῇ δίκῃ.	χρῆσθαι τῇ δίκῃ καὶ τῷ νόμῳ.
τοσαύτην γὰρ ἀνάγκην ὁ νόμος ἔχει usque ad αὐτὸς αὑτὸν ἀποστεροίη.	non leguntur in or. V.
οὔτ' αὖ ξυνειδὼς αὐτὸς αὑτῷ ἔργον εἰργασμένος τοιοῦτον.	οὔτε ξυνειδὼς αὑτῷ τοιοῦτον ἔργον εἰργασμένῳ.
ἀνάγκη δὲ τῆς τε δίκης νικᾶσθαι	. . . .
παρὰ τὸ ἀληθὲς αὐτοῦ τε τοῦ ἀ-	. . . .
ληθοῦς κἂν μὴ ὁ τιμωρήσων ᾖ.	. . . . ἄλλως τε κἂν μὴ ὁ τιμωρήσων ᾖ. (quod hic, quia omissa sunt τοσαύτην γὰρ ἀνάγκην κτέ., etiam recepta Spengelii conjectura ἄλλως τε delentis, omni sensu caret).
τιμωρία ἐστὶν ὑπὲρ τοῦ ἀδικηθέντος.	τιμωρία ἐστὶ τῷ ἀδικηθέντι.
τὴν αἰτίαν.	τὴν ἁμαρτίαν.

*) Reiskii conjectura ἔστι μὲν γὰρ περὶ τοῦ τοιούτου πᾶσι μία δίκη haud dubie improbanda est. Sententia enim haec est: reus semel caedis damnatus non potest in integrum restitui.

Ne quis autem censeat, me prorsus nova et inaudita de locis communibus protulisse, conferat Blassium A. B. p. 187 N. 1 et 6, et p. 193.

§ 4. *εἴργεσθαι πόλεως ἱερῶν ἀγώνων θυσιῶν*. Nescio an recte Reiskius post *πόλεως* inseri jusserit *ἀγορᾶς*, ita ut *πόλεως* esset jus civitatis. Cf. Lyc. in Leocr. § 142: *ἥκει ἱερῶν θυσιῶν ἀγορᾶς νόμων πολιτείας μεθέξων*.

ib. Non potest ea legis vis dici, ut si non sit *ὁ τιμωρήσων*, tamen is qui caedem perpetravit abstineat iis, quae sunt in lege: hoc enim qui facit, non *lege* vincitur, sed *αὐτοῦ τοῦ ἀληθοῦς ἡττᾶται*. Conjicio ergo legendum esse *τοσαύτην γὰρ ἀνάγκην ὁ φόνος ἔχει*. Qui enim est *αὑτῷ συνειδὼς ἔργον εἰργασμένος τοιοῦτον*, quamquam non in judicium vocatur, tamen *χρῆται τῷ νόμῳ*.

ib. *ἁγνεύει . . . καὶ ἀφέξεται*. Recte ut opinor Reiskius *ἁγνεύσει*.

§ 8. Recte Reiskiana editio habet *ἐὰν ὑμῖν ἡδομένοις ᾖ*; verbo *βουλήσομαι* vix carere possumus, nam propter *ἐὰν ὑμῖν ἡδομένοις ᾖ* infinitivus *ἀπολογήσασθαι* non potest ab *ἀξιῶ* pendere.

ib. „*αὐτά* sunt crimina quae ad rempublicam pertinent, eorumque refutatio". Reiskius.

§ 9. *ἵνα μὲν ἐξῆν αὐτοῖς . . . ἄνδρα τε ἐχθρὸν τιμωρήσασθαι καὶ τὴν πόλιν ὠφελῆσαι, ἐνταῦθα μὲν οὐδεὶς πώποτε οἷός τε ἐγένετο αὐτῶν οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα ἐξελέγξαι ἀδικοῦντα τόνδε τὸν ἄνδρα τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον. ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἀγῶνι κτέ.* Prorsus idem argumentum habes V. § 61.

ib. *λόγους ψευδεῖς συντιθέντες καὶ διαβάλλοντες τὰ εἰς τὴν πόλιν*. Pro *διαβάλλοντες* requiritur aliquid quod significet „inserentes."

ib. *αὐτοὶ δὲ ὧν* (cod Oxon. ᾧ, Cripss. ὦ) *τὴν πόλιν φασὶν ἀδικεῖσθαι τουτου* (Blass. *τούτων*) *ἰδίᾳ* *) *ἀξιοῦσι δίκην λαμβάνειν*. Optime Reiskius: *αὐτοὶ δ' ἐν ᾧ . . . τούτου*.

---

*) *τούτου ἰδίᾳ* est egregia Bekkeri emendatio pro *τουτουὶ δή*. Simili modo *ἰδίᾳ* evanuit in Andoc. I, 143: *ἐπειδὴ τοίνυν ἡ πόλις ἐσώθη δημοσίᾳ διὰ τὰς τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων ἀρετάς, ἀξιῶ κἀμοὶ διὰ τὰς τῶν προγόνων τῶν ἐμῶν ἀρετὰς σωτηρίαν γενέσθαι*. Quis semel admonitus non videt inter *κἀμοὶ* et *διὰ* excidisse *ἰδίᾳ*?

§ 10. *οὔτε γὰρ δὴ οὗ ἡ πόλις ἐλάμβανεν ἂν δίκην εἴ τι ἠδίκητο ἐνταῦθα τὴν κατηγορίαν ποιεῖται.* Quare editor pro *ποιεῖται* scripserit *ποιεῖσθαι* et ante *τὴν κατηγορίαν* lacunam statuerit non perspicio. Simplicissimum erat cum Reiskio legere *ποιοῦνται* et sic explicare: non enim me ibi accusant, ubi Respublica, si laesa esset poenas a me sumeret. (Sc. in judicio de rationibus reddendis.)

§ 11. Quamquam non placet Reiskii conjectura *ἐνέχυρα βίᾳ ἀφαιρῶν*, tamen de locutione *ἐνέχυρα βίᾳ φέρων* est quod dubitem.

ἀμφοτέροις „mihi parentibusque." Reiskius.

ἐγὼ μὲν ἐκέλευον καὶ ἠτούμην, οἱ δ' ἑκόντες καὶ βουλόμενοι ἔπεμπον. Ita *ἠτούμην* Bekkerus pro *ἡγούμην*. Mihi quidem *ἠτούμην* verbo *ἐκέλευον* additum supervacaneum videtur et languidum. Quidni *ἡγούμην* cum Reiskio explicemus „praecipiebam quo loco etc."?

§ 12. Not. *τῇ βουλῇ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις.*

§ 13. *εἴ τι φράζοι ὁ διδάσκαλος ἢ ἄλλος τις τούτων.* Ad *τούτων* Reiskius annotat: „designat Phanostratum et Amyniam et tertium cujus nomen reticetur." Sed num Phanostratus cum collegis recte apellari possint *οὗτοι* vehementer dubito. Accedit quod *τούτων* in cod. Cripps. in rasura est.

§ 14. *καὶ τούτων εἴ τι ψεύδομαι ἔξεστι τῷ κατηγόρῳ ἐξελέγξαι ἐν τῷ ὑστέρῳ λόγῳ ὅ,τι ἂν βούληται.* Nemo opinor post *βούληται* desiderabit insulsum *εἰπεῖν*, quod in codicibus additur.

§ 15. *καὶ οὐ τούτων ἕνεκα ταῦτα σφόδρα λέγω.* Quid sit *σφόδρα λέγειν* non video, nec multum profici credo Reiskiano *οὕτω σφόδρα λέγω*; nam totum illud *σφόδρα λέγω* puerilem interpretationem esse arbitror verbi, quale est *ἰσχυρίζομαι.*

§ 18. *γενέσθαι μέντοι τὰ μὴ γενόμενα καὶ ἀδικεῖν τὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐκ ἐν τοῖς τούτων λόγοις ἡγοῦμαι εἶναι, ἀλλ' ἐν τῷ δικαίῳ καὶ τῷ ἀληθεῖ.* Profecto mirabilis ea vis *justi verique* est, qua efficitur ut *ἀδικῇ ὁ μὴ ἀδικῶν.* Quantocius expelle ineptum additamentum *ἀλλ' ἐν τῷ δικαίῳ καὶ τῷ ἀληθεῖ*, in quibus verbis jam haesit Reiskius.

Quid est *ἐπὶ σμικρὸν ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα*? Recte conferre videtur Maetznerus Andoc. I § 9: *μήτε ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα μήτε ῥήματα θηρεύειν.*

§ 19. *ὅπου δὲ πρῶτον μὲν αὐτοὶ οἱ κατήγοροι ὁμολογοῦσι μὴ ἐκ προνοίας μηδ' ἐκ παρασκευῆς γενέσθαι τὸν θάνατον τῷ παιδί, ἔπειτα τὰ πραχθέντα φανερῶς ἅπαντα πραχθῆναι καὶ ἐναντίον μαρτύρων πολλῶν, καὶ ἀνδρῶν καὶ παίδων καὶ ἐλευθέρων καὶ δούλων, ἐξ ὧνπερ καὶ εἴ τίς τι ἠδίκηκε, φανερώτατος ἂν εἴη, καὶ εἴ τις μὴ ἀδικοῦντα αἰτιῷτο, μάλιστ' ἂν ἐξελέγχοιτο.* Recte editor pro *ἅπαντα πραχθῆναι*: *ἅπαντ' ἐπράχθη*. Deinde nisi Reiskio assentiamur deesse huic sententiae apodosin, credendum est ante *ἐξ ὧνπερ* excidisse aliquid.

Quod autem dicit Reiskius ea, quae hac § de accusatoribus leguntur, certare cum his verbis e § 16: *διωμόσαντο δὲ οὗτοι μὲν κτεῖναί με Διόδοτον βουλεύσαντα τὸν θάνατον*, hanc difficultatem optime removebis, si teneas *τοὺς κατηγόρους ἄλλα μὲν διομόσασθαι ἄλλα δὲ αἰτίασασθαι.* Cf. § 31: *ἀποφαίνω τούτους μὲν αὐτοὺς τε ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐξελεγχομένους καὶ ὑπ' ἐμοῦ, ἐμὲ δὲ ὑπό τε τούτων καὶ ὑπ' ἐμοῦ ἀπολυόμενον.*

§ 20. *Ἄξιον δ' ἐνθυμηθῆναι ὦ ἄνδρες ἀμφότερα καὶ τῆς γνώμης τῶν ἀντιδίκων κτέ.* In his *τῆς γνώμης* verum esse non potest: Reiskius conjicit aut *τὴν γνώμην*, aut *τὸ ἄτοπον* vel tale aliquid deesse putat.

§ 22. *οἳ τούς τε λογους τοὺς λεχθέντας περὶ τῆς πόσεως τοῦ φαρμάκου, καὶ τὰ πραχθέντα καὶ τὰ λεγόμενα πάντα ἐπίσταιντο.* Recte Reiskius aut delere vult *καὶ τὰ λεγόμενα*, aut legere *καὶ τὰ γενόμενα.* Apparet ex opposito *τοὺς λόγους τοὺς λεχθέντας.*

§ 23. *καὶ ἰέναι ἐκέλευον λαβόντα μάρτυρας ὁπόσους βούλοιτο ἐπὶ τοὺς παραγενομένους λέγων αὐτῷ ὀνόματι ἕκαστον, τούτους ἐρωτᾶν καὶ ἐλέγχειν.* Ante *τούτους ἐρωτᾶν* deest conjunctio *καί.*

τούτους ἐρωτᾶν καὶ ἐλέγχειν, τοὺς μὲν ἐλευθέρους ὡς χρὴ τοὺς ἐλευθέρους. Jure Jernstedtius in observationibus: *ὡς χρὴ ἐλευθέρους.*

§ 24. *καὶ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ καὶ ἕτεροι ἰδιῶται πολλοί.* Si quid video aut *ἕτεροι* aut *ἰδιῶται* ejiciendum est.

§ 25. *κατειπόντες* „sc. *ἑαυτῶν* aut *τῶν δεσποτῶν*". Reiskius.

§ 27. *καὶ εἰ μὲν ἐγὼ τούτων προκαλουμένων μὴ ἠθέλησα τοὺς παραγενομένους ἀποφῆναι, ἢ θεράποντας ἐξαιτοῦσι μὴ ἤθελον ἐκδιδόναι, ἢ ἄλλην τινὰ πρόκλησιν ἔφευγον, αὐτὰ ἂν*

ταῦτα μέγιστα τεκμήρια κατ' ἐμοῦ ἐποιοῦντο ὅτι ἀληθὴς ἦν ἡ αἰτία. Idem argumentum habes in oratione prima § 11.

§ 26. *ἐπίσταμαι δὲ καὶ τάδε ὦ ἄνδρες, ὅτι εἰ μὲν τούτοις ἐμοῦ κατεμαρτύρουν οἱ μάρτυρες οἱ παραγενόμενοι, αὐτοῖς ἂν τούτοις ἰσχυροτάτοις ἐχρῶντο καὶ πίστιν ταύτην σαφεστάτην ἀπέφαινον.* Idem argumentum legitur or. V. 84.

§ 33. *ἀποδείξω ὑμῖν τοὺς κατηγόρους τούτους ἐπιορκοτάτους ὄντας.* Credo Antiphontem solum *τούτους* scripsisse, non addidisse *τοὺς κατηγόρους.*

§ 34. *οὐδ' αὐτοὶ ἠξίουν αἰτιᾶσθαι ἐμὲ οὐδ' ἀδικεῖν.* Post *οὐδ' αὐτοί* aliud quid expectes, quod et ex eo apparet, quod mox idem verbum *αἰτιᾶσθαι* recurrit. Non tamen vera videtur editoris conjectura *οὔτ' αὐτοὶ ἠξίουν ἀδικεῖσθαι οὔτ' ἐμὲ ἀδικεῖν,* quia *ἀξιοῦν* non potest uno eodemque loco significare et „existimare", et „velle".

§ 36. *κατηγορήσειν ἔμελλον Ἀριστίωνος καὶ Φιλίνου καὶ Ἀμπελίνου καὶ τοῦ ὑπογραμματέως τῶν θεσμοθετῶν μεθ' οὗπερ συνέκλεπτον.* Rectissime editor *καὶ* ante *τοῦ ὑπογραμματέως* deleri jussit; vide ipsum in observationibus; singularem tamem vim locus accepturus videtur, si cum Reiskio *καὶ* inseruerimus ante *συνέκλεπτον*: quemadmodum una cum illo scriba Aristio et Philinus furabantur, ita ego eos una accusaturus eram.

ib. *καὶ αὐτοῖς ἐκ μὲν τῶν πεπραγμένων οὐδεμία ἦν ἐλπὶς ἀποφεύξεσθαι — τοιαῦτ' ἄρ' ἦν τὰ ἠδικημένα.* Neque particulae *ἄρα*, neque particulae *γάρ*, quam Baiterus malebat, hic locus est, sed tamtummodo simplici *τοιαῦτα*, conferatur, si tanti est § 50: *ὥστ' οὐδ' ἂν οὗτοι βούλωνται ἀρνεῖσθαι ῥᾳδίως οἷοί τ' ἔσονται· οὕτως* (non *οὕτως ἄρ'*) *αὐτοῖς πέπρακται τὰ πράγματα.*

§ 36. *ὁ γὰρ νόμος οὕτως ἔχει, ἐπειδὰν τις ἀπογραφῇ φόνου δίκην, εἴργεσθαι τῶν νομίμων.* Vivida narratio de adversariorum machinationibus moleste hac puerili et prorsus inutili annotatione interrumpitur. Nec minus molesta sunt, quae mox sequuntur, verba *εἰργόμενος τῶν νομίμων.* Concedet opinor quicunque, utroque additamento omisso, totum locum a § 35 ad § 37 relegerit.

ib. *καὶ τοῦτ' οὐκ ἐπ' ἐμοὶ πρῶτον ἐμηχανήσαντο Φιλῖνος καὶ οἱ ἕτεροι.* Languide hoc dictum est *Φιλῖνος καὶ οἱ ἕτεροι*,

neque dubito quin Antiphon dederit *Φιλῖνος καὶ οἱ ἑταῖροι*, quod non improbabat Reiskius. Certe in talibus nostri est arbitrii utrum legere malimus.

§ 38. *ἐπειδὴ δ' αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τούς τε νόμους ἀνέγνω, καὶ χρόνους* (St. *χρόνον*) *ἐπέδειξε* (*ἀπέδειξε* Cripps.) *τί οὐκ ἐγχωροίη ἀπογράψασθαι.* Gravior hic latet corruptela; requiritur fere quod Reiskius volebat: *χρόνον . . . ἐντὸς οὗ οὐκ ἐγχωροίη.*

Neque quemquam credo intelligere posse quae sequuntur: *καὶ τὰς κλήσεις καλεῖσθαι ὅσας ἔδει*, quae verba transponendo in integrum videtur restituisse Reiskius: *καὶ τὰς κλήσεις* (sc. *ἀπέδειξε*) *ὅσας καλεῖσθαι ἔδει.*

εἷλον ἅπαντας „furtorum reos a me factos". Reiskius.

οὗτοι ὧν ἕνεκα ἐλάμβανον χρήματα οὐδὲν οἷοί τε ἦσαν ὠφελῆσαι. Probabiliter Jernstedtius pro *ὠφελῆσαι*: *ἐπιτελέσαι.*

§ 40. Cum toto hoc loco de Philocratis ficta amicitia conferantur haec verba e Demosthenis Midiana p. 553: *εἰςελθὼν οἴκαδε ὡς ἐκεῖνον καὶ ἐφεξῆς οὑτωσὶ καθιζόμενος, τὴν δεξιὰν ἐμβαλών, παρόντων πολλῶν, μετὰ τοὺς ἐν τῇ βουλῇ τούτους λόγους, ἐν οἷς αὐτόχειρα καὶ τὰ δεινότατα εἴρηκε τὸν Ἀρίσταρχον, ὤμνυε μὲν κατ' ἐξωλείας μηδὲν εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ φλαῦρον κτέ.*

§ 41. *διὰ τὴν ἐμὴν σπουδήν.* Recte explicat Reiskius: *διότι ἐμοὶ ἐσπούδαζε.*

§ 43. *τούτου δὲ τοῦ βασιλέως, ὅν φασι δεινὰ καὶ σχετλία εἰργάσθαι οὐκ ἦλθε κατηγορήσων εἰς τὰς εὐθύνας.* Locus ideo notabilis est, quia in Reiskiana editione ridicula reperitur lectio; pro *εὐθύνας* enim ibi est *Ἀθήνας*. Sed utrum mendum e manuscriptis libris, an ab acutissimo critico sit correctum non invenio. Certe digna est correctio quam critici memoria teneant.

§ 45. *καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἅπαντες ὅσοις ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως χρόνος μὴ ἐγχωρεῖ . . . . . οὗτοι δὲ κτέ.* Lacuna ita fere explenda est: *ἐπὶ τοῦ ὑστέρου τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ᾗ ἔξεστι χρῆσθαι εἰώθασι.* Alio modo Reiskius.

Cum iis quae sequuntur optime conferri potest Demosth. Mid. p. 551 extr.: *οὕτω τοίνυν οὗτός ἐστιν ἀσεβὴς ἄνθρωπος καὶ μιαρὸς καὶ πᾶν ἂν ὑποστὰς εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι, εἰ δὲ ἀληθὲς*

ἢ ψεῦδος ἢ πρὸς ἐχθρὸν ἢ φίλον ἢ τὰ τοιαῦτα, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὁτιοῦν διορίζων, ὥστ᾽ ἐπαιτιασάμενός με φόνου καὶ τοιοῦτο πρᾶγμα ἐπαγαγὼν εἴασε μέν με εἰςιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι καὶ θῦσαι καὶ κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως, εἴασε δὲ ἀρχιθεωροῦντα ἀγαγεῖν τῷ Διὶ τῷ Νεμείῳ τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεωρίαν, περιεῖδε δὲ ταῖς σεμναῖς θεοῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτὸν καὶ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν.

§ 46. καίτοι ἱκανά γ᾽ ἦν ὑπομνῆσαι καὶ ἐνθυμηθῆναι εἴπερ ἠδικοῦντο κτέ. Quo modo hic sit explicandum καὶ ἐνθυμηθῆναι non video; nam rectissime dictum est ἱκανὰ ἦν ὑπομνῆσαι: res erant idoneae, quæ adversariis in memoriam revocarent injurias meas; καὶ ἐνθυμηθῆναι non item; mihi quidem semidocti annotatio videtur.

§ 48. καὶ εἰ μήτε ἄλλο μήτε εἶπον μήτε ἀπέφηνα μήτε μάρτυρας παρεσχόμην, ἀλλὰ ταῦτα ὑμῖν ἀπέδειξα κτέ. Reiskius: ταῦτα μόνον ὑμῖν ἀπέδειξα. Recte ut opinor.

§ 49. ἐξελάσαντές με ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ὅρκους τοιούτους διωμόσαντο. Rogare subit: num reo de caede jam interdicebatur legibus (εἴργεσθαι τῶν νομίμων) antequam accusatores jurejurando accusationem suam firmaverant? Vel ita dicam: quum ex § 36 appareat τὸν ἀπογραφέντα εἴργεσθαι τῶν νομίμων, magistratusne (rex sacrorum) nomen rei jam ante quam accusator jusjurandum dederat in album reorum referebat? Vide Schoemannum G. A. p. 494. Deesse h. l. aliquid Reiskius putabat.

III.

Ad orationem primam φαρμακείας κατὰ τῆς μητρυιᾶς haec mihi observanda sunt:

§ 1. δεινῶς ἔχει μοι περὶ τοῦ πράγματος. Mira constructio, cujus frustra aliud exemplum quaesivi.

§ 3. τιμωρῆσαι πρῶτον μὲν τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις, οὓς

παρὰ τῶν θεῶν καὶ τῶν προγόνων διαδεξάμενοι κατὰ τὸ αὐτὸ ἐκείνοις περὶ τῆς καταψηφίσεως δικάζετε. Corruptum est *περὶ τῆς καταψηφίσεως.* De argumento cf. V § 14.

§ 6. *ἐν οἷς δ' οὐκ ἦν πυθέσθαι τοῦτ' αὐτὸ προὐθυμήθη.* Reiskius ad *τοῦτ αὐτό* annotat: *τὸ πυθέσθαι;* sed si quid video legendum est *ταῦτ' αὐτὰ προὐθυμήθη*: nam id ipsum fieri volebat, quo facto res manifesta fieri non poterat. v. § 8 et § 13.

Quae sequuntur *καίτοι αὐτὸ τοῦτο ἐχρῆν ὅ καὶ ἐγὼ προὐκαλούμην προθυμηθῆναι ὅπως τὸ πραχθὲν ᾖ ἀληθὲς ἐπεξελθεῖν* non uno nomine corrupta sunt; prinum *αὐτὸ τοῦτο* hic nullam vim habet, nam quo sensu *τοῦτο αὐτό* dicatur optime demonstrant verba proxime praecedentia et V, 3: inexpectati aliquid significat; deinde offendit iteratum *προθυμηθῆναι;* tum absurde dictum est *ὅπως τὸ πραχθὲν ᾖ ἀληθές*: nam quod aliquis dicit vel alicui objicit vel verum esse potest vel falsum, *τὸ πραχθὲν* semper est *ἀληθές*; postremo molestus est infinitivus *ἐπεξελθεῖν.* Emendatio talis requiritur, ut evadat sententia, qualis apud Demosthenem legitur *κατ' Ἀνδροτίωνος* p. 600: *αἰτία μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν τις ψιλῷ χρησάμενος λόγῳ μὴ παράσχηται πίστιν ὧν λέγει, ἔλεγχος δὲ ὅταν ὧν ἂν εἴπῃ τις καὶ τἀληθὲς ὁμοῦ δείξῃ.*

§ 10. *δι' οὖν ταῦτα ἐγὼ βάσανον τοιαύτην ἠθέλησα ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν κτέ.* rectum esse non potest, nam praecedens *τοῦτο μὲν* (§ 9 in) sic non habebit suum *τοῦτο δέ*, et accusator duos quaerendi modos proposuerat (§ 1.) Legendum ergo: *τοῦτο δὲ τοιαύτην ἐγὼ βάσανον ἠθέλησα ποιήσασθαι*, aut ante *γράψας* inserendum est *τοῦτο δὲ* et cum codice Crippsiano delendum *τοιαύτην.*

μετέρχομαι τὸν φονέα τοῦ πατρός, et mox *ἐπεξίοιμι τοῦ πατρὸς τὸν φονέα.* Et quod ad rem, et quod ad dictionem attinet, melius erit *τὸν φόνον τοῦ πατρός.*

τεκμήριον δίκαιον. Non injuria Reiskius annotat: „offendor nonnihil insolentia dictionis".

ἀλλ' ἐξήρκει μοι τοῖς ἐν τῷ γραμματείῳ χρῆσθαι „sc. *τούτους*". Reiskius.

εἰ δ' ἄπαρνοι γίγνοιντο ἢ λέγοιεν μὴ ὁμολογούμενα . . . . ἀναγκάζει τὰ γεγονότα κατηγορεῖν. Reiskiana editio habet *ἤ*

δίκη ἀναγκάζοι, quod explicat: „magistratus, undecimviri rerum capitalium", sed unde *ἡ δίκη* sumpserit non significat.

§ 11. Num recte *ἀπηγγέλθη?*

καίτοι εὖ οἶδά γ' εἰ οὗτοι πρὸς ἐμὲ ἐλθόντες, ἐπειδὴ τάχιστ' αὐτοῖς ἀπηγγέλθη (?) *ὅτι ἐπεξίοιμι τοῦ πατρὸς τὸν φονέα* (?), *ἠθέλησαν τὰ ἀνδράποδα ἃ ἦν ἐκείνοις παραδοῦναι, ἐγὼ δὲ μὴ ἠθέλησα παραλαβεῖν, αὐτὰ ἂν ταῦτα μέγιστα τεκμήρια παρείχοντο, ὡς οὐκ ἔνοχοί εἰσι τῷ φόνῳ.* Idem argumentum V, 38; VI, 27. Inserendum autem cum Reiskio censeo *ὅτι*: *εὖ οἶδά γ' ὅτι.*

§ 13. *δίκη δὲ κυβερνήσειε.* Archaismum *δίκη* pro *ἡ δίκη* notat Reiskius. Est autem pars hexametri.

§ 14 sq. *ταύτην οὖν πυθομένη* *) *ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐποιήσατο φίλην. αἰσθομένη δὲ ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω μεταπέμπεται, καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν ἔλεξεν αὐτῇ ὅτι καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου. εἰ οὖν ἐθέλει κτέ.* Mutila et obscura narratio! Quid enim? Amicitiamne cum muliercula contraxit noverca? Immo sociam et ministram maleficii eam assumsit. Amicitia cum Philonei amica minime opus erat novercae: satis erat ei narrare, quid Philoneos in mente haberet, ut eam statim ad quodvis periculum paratam redderet. Atque id ipsum, quod noverca Philonei amicam certiorem fecit de illius consilio, abest; eo tamen minime carere possumus. Quo modo enim amica id consilium resciit? Certe clam amatore suo: nam illum putasse eam nihil mali suspicari, inde apparet quod eam secum in Pireaum duxit, et ad epulas adhibuit. Unde ergo nosse poterat, nisi ex accusatoris noverca? Praesertim hoc observandum est, quod in narratione, ut nunc legitur, noverca primum cum amica Philonei amicitiam contraxit, deinde cognita injuria qua Philoneos amicam suam affecturus erat, eam ad se arcessivit. Quid novercae, matronae Atticae, appetenda erat amicitia peregrinae, priusquam intelligeret, quam egregie ejus auxilio uti posset? Sensit hoc Reiskius, qui locum ita supplevit: *ταύτην οὖν πυθομένη ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐποιήσατο φίλην· αἰσθομένη δ' ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω μεταπέμπεται. καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν ἔλεξεν αὐτῇ*

*) delet Dobraeus.

ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω ὥςπερ καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου. Tamen displicet Reiskii ratio duas ob causas: neque removetur molestum *ἐποιήσατο φίλην*, et ita nascitur verborum iteratio nimis languida. Equidem in hunc ferme modum narrasse oratorem suspicor (describam autem locum ita per lineas divisum, ut olim in antiquo codice fuisse arbitror):

ταύτην οὖν πυθομένη (Sc. *τὸ πρᾶγμα* S. *τοῦτο*) *ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ*
μεταπέμπεται. καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν ἔλεξεν αὐτῇ
ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω, ὥςπερ
καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου.

Qui hinc descripsit, aberrantibus oculis, et errore animadverso quum jam tertia linea tota scripta esset, hoc effecit: *ταύτην οὖν πυθομένη ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω ὥςπερ μεταπέμπεται. καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν ἔλεξεν αὐτῇ καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο. ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου.* Secutus est grammaticus quidam, qui, quum erroris fontem non perspiceret, suo Marte locum correxit: ut *πυθομένη* suum haberet verbum finitum, deinde *ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν* haberet unde penderet, inseruit *ἐποιήσατο φίλην* et *αἰσθομένη δέ.* Supererat nihil quam ut *ὥςπερ* expungeret, et post *ἔλεξεν αὐτῇ* adderet *ὅτι* *). Quodsi cui mea emendatio nimis violenta videatur, ipse meliorem excogitet, modo id mihi concedat, narrationi inesse eas molestias, quas supra notavi: hoc ut mihi sit persuasum et ipsa res facit et Reiskii auctoritas.

§ 17. *ἐβουλεύετο ὅπως ἂν αὐτοῖς τὸ φάρμακον δοίη.* Oratio recta est *πῶς δῶ τὸ φάρμακον;* ergo requiritur *ὅπως αὐτοῖς τὸ*

---

*) Ex eadem causa corruptus est locus Tetr. A. *δ*. 10., ubi credo olim ita scriptum fuisse:

ἐὰν ἐλεγχθῶ οὐδεμία ἀπολογία τοῖς
ἀδίκως διωκομένοις ἀρκοῦσά ἐστιν. Οὕτω δὲ
διώκοντές με αὐτοὶ μὲν ἀνοσίως ἀποκτεῖναι
ζητοῦντες κτέ. Nunc *ἀδίκως* ab eo loco, a quo abesse non potest, aberravit in eum locum, ubi minime est necessarium: ante *διώκοντες*. Errorem jam vidit Reiskius. Cf. praeterea, quae ad V, 33 annotavimus. Uno tantum loco certo demonstrari potest lineam excidisse: VI, 6 ubi verba *αἰτιάσασθαι καὶ ὑμᾶς τοὺς δικαστὰς μὴ ὀρθῶς* recte ex V, 89 supplevit Aldus.

φάρμακον δοίη sine *ἄν*, aut *ὅπως ἂν ἄριστα αὐτοῖς τὸ φάρμακον δοίη.*

ib. *ἅμα διακονοῦσαν* neque ego intelligo neque Reiskius intellexit.

§ 19. *ἡ δὲ παλλακὴ τοῦ Φιλόνεω τὴν σπονδὴν ἅμα ἐγχέουσα ἐκείνοις ἃ οὐκ ἔμελλε τελεῖσθαι, ὦ ἄνδρες, ἐνέχεε τὸ φάρμακον.* Verba *ὦ ἄνδρες* interjecta sunt ad movendam misericordiam. cf. Cic. pro Rosc. Am. § 23: hunc miserum . . . nudum ejicit domo atque focis patriis disque penatibus praecipitem *judices* exturbat.

§ 21. *τὸν ἀΐδιον χρόνον* „cohaeret cum *ἠδικημένῳ*. Injuriam in perpetuum accipit is, qui eam accipit, quae nullo pacto postmodum reparari potest". Reiskius.

§ 22. *δεόμενος ὑμῶν — ἃ αὐτὴ ἑαυτὴν οὐκ ἔπεισε μὴ κακοτεχνῆσαι.* Locus varie tentatus ita corrigendus videtur, ut sententia evadat, qualis legitur VI, 47: *πῶς ἂν ἄνθρωποι σχετλιώτεροι ἢ ἀνομώτεροι γένοιντο, οἵτινες ἅπερ σφᾶς αὐτοὺς οὐκ ἔπεισαν ταῦτα ὑμᾶς ἀξιοῦσι πεῖσαι.* Nam novercam sibi culpae consciam fuisse jam eo demonstratum erat, quod ejus filius servos ad quaestionem tradere recusaverat, et quod ipsa de se confessa erat: quamquam enim *ἐπὶ φίλτρῳ* se dedisse contendebat, tamen *φάρμακον* se dedisse non ausa erat negare.

§ 23. *δεήσεται δ' ὑμῶν οὗτος μὲν ὑπὲρ μητρὸς τῆς αὑτοῦ ζώσης.* Verbum *ζώσης* ut frigidum et insulsum improbat Reiskius.

ib. *τῆς ἐκεῖνον διαχρησαμένης ἀβούλως τε καὶ ἀθέως.* Minime *ἀβούλως* maritum suum interfecerat, sed *ἑκουσίως καὶ βουλεύσασα* (§ 26). Quo modo tamen sit corrigendum nescio, nam *προβούλως* vereor ut in usu fuerit.

ib. *ὑμεῖς δὲ ὅπως διδῶσι δίκην οἱ ἀδικοῦντες, τούτου ἕνεκα δικασταὶ ἐγένεσθε καὶ ἐκλήθητε.* Una est ratio, qua *ἐκλήθητε* aliquo modo defendi possit: ut dicamus esse figuram etymologicam, idque dicere oratorem: *παρὰ τοῦ δίκην διδόναι τοὺς ἀδικοῦντας ὑμεῖς δικασταὶ ἐκλήθητε.* Praeclaram etymologiam! inquies, nec multo minus ridiculam, quam qua apud Aristophanem *Τρίβαλλος ἀπὸ τοῦ ἐπιτριβείης* formatur; neque ego contra dico. Si tamen alicui tam absurda videatur, ut eam ab oratore Attico expectari posse neget, non recuso quominus a

grammatico quodam profectam esse censeamus, qui quum legeret: *ὅπως διδῶσι δίκην οἱ ἀδικοῦντες τούτου ἕνεκα δικασταὶ ἐγένεσθε*, a se impetrare non posset, quominus lepidum scilicet inventum suum in margine annotaret.

§ 24. . . . . *καὶ τιμωρήσω τῷ τε πατρὶ τῷ ἡμετέρῳ καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις. ταύτῃ καὶ ἄξιόν μοι βοηθῆσαι ὑμᾶς ἅπαντας, εἰ ἀληθῆ λέγω.* Vocabulum *ταύτῃ* mihi suspectum est: legendum est fere *διὰ ταῦτα*, vel *τοιγαροῦν*

ἡ τοὺς νόμους παριδοῦσα. Non neglexit leges, sed contempsit et pro nihilo putavit. Legendum ergo *ὑπεριδοῦσα.*

§ 25. *καὶ γὰρ ἂν δικαιότερον καὶ ὁσιώτερον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων γίγνοιτο ὑμῖν.* Neque *παροπτέος* neque *ὑπεροπτέος* Reiskius, qui haec annotavit: aut si nihil hoc loco deest, genitivi hi cum accusativis mutandi sunt, aut deest aliquid e. c. *εὔνοια καὶ ἀγαθὰ πολλά.*

§ 26. *ἡ μὲν γὰρ ἑκουσίως καὶ βουλεύσασα τὸν θάνατον ἀπέκτεινεν, ὁ δὲ ἀκουσίως καὶ βιαίως ἀπέθανεν. πῶς γὰρ οὐ βιαίως ἀπέθανεν ὦ ἄνδρες, ὅς γ' ἐκπλεῖν ἔμελλεν ἐκ τῆς γῆς τῆςδε, παρά τε ἀνδρὶ φίλῳ αὐτοῦ εἱστιᾶτο; ἡ δὲ πέμψασα τὸ φάρμακον καὶ κελεύσασα ἐκείνῳ δοῦναι πιεῖν ἀπέκτεινεν ἡμῶν τὸν πατέρα.* Totum locum, insignitis quibusdam vocabulis, descripsi, quo magis appareret ante *ἀπέκτεινεν ἡμῶν τὸν πατέρα* deesse *πῶς οὐχ ἑκουσίως;*

§ 27. in. Eo loco ubi Maetznerus lacunam indicavit, ita legendum esse suspicabatur Reiskius: *οὐκ οἶδεν ὅτι συγγνώμην ἔχειν καὶ ἐλεεῖν ἐπὶ τοῖς ἀκουσίοις παθήμασι μᾶλλον προςήκει ἢ τοῖς ἑκουσίοις;* et annotat: mirabundus interrogat et stomachans. Non ergo vulneris indice opus erat Maetznero, ubi jam Reiskius medicinam adhibuerat.

§ 29. *ἐὰν μὲν δύνωνται καὶ φθάνωσι πρὶν ἀποθανεῖν, καὶ φίλους καὶ ἀναγκαίους τοὺς σφετέρους αὐτῶν καλοῦσι καὶ μαρτύρονται.* Jure Reiskius ante *καὶ φίλους* desiderat *υἱοὺς* vel *ἀδελφούς.*

IV.

„Venio nunc, quo me non cupiditas ducit sed fides". Promisi enim me specimen esse daturum studiorum, quae Antiphonti impendi: ergo ne tetralogias quidem prorsus negligere possum. Lubenter tamen ab iis abstinerem, nam sunt, ut ait Cobetus „pravi et vitiosi acuminis plenae", et ad legendum minime jucundae. Ergo ne nimis et mihi molestus sim et lectoribus, eas eligam annotationes, quae ad quaestionem de harum declamationum auctore pertineant; quamquam ipse nihil certi statuam: nam cum Herwerdenis certare neque possum neque volo. Proponam tantummodo nonnulla, quae ad hanc quaestionem solvendam non inutilia videantur.

Pravi et vitiosi acuminis plenas eas esse dixit Cobetus, neque ego repugno. Num ergo eo demonstratur eas ab Antiphonte scribi non potuisse? Minime credo. Nam quod taedium movent lectoribus, hoc inde fit, quod non ad verum judicium habentur, sed in fictis causis versantur. Nihil ergo habent ἠθοποιίας Lysiacae, vel gravitatis et acerbitatis Demostheneae: non homines inter se certant, qui rerum suarum demonstratione lectorem auditoremve moveant, sed nuda argumenta captationesque inter se opponuntur, vel potius proponuntur exempla, ad quae argumenta in veris causis forensibus componi possint. Quae autem umquam exercitatio scholastica ad legendum jucunda fuit?

Accedit quod, quamvis sint subtilia argumenta et falsi acuminis, tamen minime a foro Attico abhorrent. Proponam ex tetralogiis unum alterumque, et addam ex aliis Antiphontis orationibus locos ubi eodem modo disputatur:

A. α. 2 }
A. γ. 8f } = I, 28; V, 43; VI, 18.

A. β. 2 }
A. δ. 3 } = V. 64.

A. δ. 2 = VI, 7.

B. β. 2. corruptum quidem est, sed hoc apparet, idem dicere oratorem, quod legitur V, 5.

Deinde si quis aliquantum temporis et laboris huic rei insumere velit, facile ad alia argumenta ex aliis orationibus similes locos afferre possit; sic, ut uno exemplo defungar, quod *A*. *β*. 12 et *A*. *γ*. 8 de *εἰςφοραῖς* et *χορηγίαις* legitur, satis notum est e Lysia. Et quod interdum aperte falsa est argumentatio, quis non ejus quoque rei multa exempla afferre possit ex orationibus Atticis revera ad judices habitis: hi enim non movendi erant veritate sed astu decipiendi.

Uno tamen eoque gravissimo crimine tetralogiarum auctorem purgare possum; ajunt enim *bis* eum usum esse ea fallacia, quam nunc „orbem in demonstrando" dicimus. Semel usum esse non nego *A*. *α*. 8. Sed quod etiam *A*. *γ*. 6 huc trahitur, natum est ex falsa emendatione. Orator hoc dicit: reo ab eo viro, qui occisus est, judicium publicum (*γραφή*) erat metuendum, quod ut vitaret, hominem interfecit: *ὡς δ' οὐκ ἐλάσσω ἀλλὰ πολὺ μείζω τὸν ἀπὸ τῆς γραφῆς κίνδυνον ἢ τόνδε (τὸν ἀπὸ τοῦ φόνου) ἡγεῖτο εἶναι διδάξω. τὸ μὲν ἁλῶναι καὶ ἀποφυγεῖν ἀμφοτέρας τὰς διώξεις ἐν ἴσαις ἐλπίσι θῶμεν αὐτῷ, μὴ παραχθῆναι δὲ τὴν γραφὴν* *) *οὐδεμίαν ἐλπίδα εἶχε τουτου γε ζῶντος, οὐ γὰρ ἂν ἐπέθετο αὐτῷ. εἰς δὲ τόνδε τὸν ἀγῶνα ἥξειν οὐκ ἤλπισε.* Illud *ἐπέθετο αὐτῷ*, in quo tota fallacia inest, ex conjectura Dobraei scriptum est pro *ἐπείθετο αὐτῷ*. Sed verbum *πείθειν*, sive legendum est *ἔπειθεν αὐτόν*, sive aliud quid, hic necessario requiritur: nulla reo spes erat fore ut illa *γραφή* non institueretur; nullo enim modo, neque pecunia neque gratia adversarium suum eo *perducere potuisset*, *ut ab accusatione desisteret*. Nam hoc ipsum verbo *πείθειν* significatur.

Ex argumentis ergo demonstrari posse non credo, tetralogias ab Antiphonte non esse scriptas. Videndum igitur de sermone. Affirmat autem Herwerdenus, e sermone apparere, eas non saeculo quinto a. Chr. n. a germano scriptore Attico, sed satis recenti aetate ab homine (Ionico) sermonis Attici non peritissimo esse compositas. Quod ut probet enumerat nonnulla vocabula Herodotea, quibus addi possunt:

---

*) Verba corrupta esse possunt, sed sententia certa est.

εὐπετῶς *B*, *δ*. 7; *ἀκεσαμένους* *Γ*, *γ*. 7. Equidem in antiquissimo sermonis pedestris Attici monumento, nam eo nomine tetralogiae, si Antiphontem auctorem habent, dignae sunt, non magis moveor vocabulis Ionicis, quam locutionibus, quae poeticum colorem habent, quarum et in tetralogiis et in aliis Antiphontis orationibus haud parvus est numerus. Graviora videntur formae et constructiones nec Ionicae nec Atticae, quarum exempla labescente demum Graecitate reperiuntur; addo iis quae Herwerdenus collegit: *χαλεπὸς γνωσθῆναι* (*A*. *α*. 1), *ἄξιος πιστεύεσθαι* (*A*. *β*. 3 et 7), *συμβουλεύσαντες ἐπιτρεφθῆναι* (*Γ*. *γ*. 5) pro: *χαλεπὸς γνῶναι*, *ἄξιος πιστεύειν*, *συμβουλεύσαντες ἐπιτρέψαι*. Qui tamen paulo sit pertinacior hoc possit argumento uti: tetralogiae non scriptae sunt ut recitarentur; primarium in iis est orationis oeconomia, et argumentorum inventio. Quid mirum ergo earum auctorem minus sermonis puritatem curasse? Quid autem si non ab Antiphonte, sed ab aliquo discipulo ex ejus schola scriptas esse contendamus? Responderi possit duobus argumentis, quae fortasse nonnullis subtilia et pusilla videntur, sed in talibus causis, si aliis argumentis accedant, haud spernendum afferunt auxilium. Alterum est DITTENBERGERII (Hermes XVI, 3 p. 329) cujus ipsa verba hic ponam:

Μήν kommt nicht vor in den echten Reden des Andocides; in denen des Antiphon fünfmal, und zwar im unmittelbaren Anschluss an *καὶ* und *οὐ*: *καὶ μὴν* Ant. V, 44, 91; *καὶ μὴν* .... *γε* V, 28, 44, 92. Die Fälscher haben das natürlich nicht gewusst, und so liest man in den Tetralogieën *οὐδὲ μὴν* (II, *γ*. 5), in pseudo-Andocides *κατ' Ἀλκιβιάδου* zweimal *ἀλλὰ μήν*. (§ 15, 34).

Alterum hoc est: in oratione prima neque praepositio *μετά* neque *σύν* adhibetur, sed in orationibus V et VI quindecies legitur *μετά* *), numquam *σύν*; est ergo quod suspiceris harum

*) *μετὰ τῆς αἰτίας* V, 2; *μετὰ τῆς ἀληθείας* V, 2; *μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος* V, 33; *μετὰ τοῦ ἀληθοῦς* V, 50; *μετὰ τῆς ἀληθείας* V, 59; *μετὰ τῶν νόμων* V, 56; *μετὰ τοῦ χρόνου* V, 71; *μετ' ὀργῆς καὶ διαβολῆς* V, 72; *μετὰ τῆς πόλεως ὅλης* V, 76; idem V, 79; *μετὰ τῆς αὐτῶν ψυχῆς* V, 82; *τῷ χρόνῳ μεθ' οὗ* V, 86; *τοῦ ὑπογραμματέως μεθ' οὗπερ* VI, 35; *ἑστὼς μετ' ἐμοῦ* VI, 40; *μετὰ τῆς βουλῆς* VI, 45.

orationum auctorem praepositionem σύν sedulo vitasse. Contra in tetralogiis bis est σύν *) bis μετά †).

His omnibus ergo argumentis convictus, Herwerdeno concedere paratus essem, si fingere possem imitatorem, qui ingenii ostentandi gratia ea componeret, quae discipulo in schola rhetorica Attica permagnam habere potuissent utilitatem, sed sero natis lectoribus nil parerent nisi nauseam et taedium.

Jam solvi nomen meum: non enim meas ad singulos locos annotationes edere in animo est, nam iniquum esset postulare, ut aliquis mearum annotationum gratia putidas istas et inficetas declamationes excuteret. Si quis tamen postea exorietur, qui Antiphontem ita edere velit ut non, quod Jernstedtii fuit consilium, oratorem tantummodo ad codices quam accuratissime exigat, sed etiam eum, quantum fieri possit ex conjecturis emendet, primum auctor ei sum ut perlustret et Jernstedtii observationes et Reiskii annotationes: utraeque enim permulta sagacitatis et ingenii continent lumina. Deinde, si in meis quoque annotationibus aliquid bonae frugis latere existimabit, lubenter eas, quam nitidissime descriptas, ad eum transferendas curabo.

Lugduni Batavorum,
Kal. Sept. A. MDCCCLXXXII.

---

*) Tetral. *Α*, *α*, 5: σὺν τῷ ἀκολούθῳ; *Β*, *δ*, 6: σὺν τοῖς θεωμένοις.
†) *Β*, *β*, 3: μετὰ τῶν ἡλίκων: *Β*, *δ*, 5: μετὰ τῶν θεωμένων.

